



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1706

Titulus X. De Parocho.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

TITULUS X.

de Parocho.

In Præfatione.

SUMMARIUM.

1. *Episcopi olim nuncupabantur Parochi.*
2. *Parochi tenentur retinere, & custodire Libros Parochiales, qui plenè probant ea, quæ ad officium Parochi pertinent.*

Parochus, qui ex Græco vocabulo, quasi Incola, seu Habitator, ex notatis à Pac. Jord. *lucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 40. num. 4.* (& sub quorum nomine etiam Episcopi olim in Ecclesia non per extensionem metaphoricam, seu analogicam, prout hodiè, sed nuncupatione propria gubernacula tenebant, ut habetur ex *Can. 6. Concilii Vernensis sub Stephano III. an. 756. & ex Can. 42. & 45. Concilii Parisiensis sub Gregorio IV. anno 829. celebratis*) quinque Libros, qui Parochialis nuncupantur, habere, & retinere debet: In quorum primo, status Animarum Parochiæ conscribitur, & hic, si non in singulis annis,

triennio saltem renovatur. In secundo, Baptizatorum nomina describuntur. In tertio, Confirmatorum. In quarto, Contrahentium Matrimonia. In quinto, Mortuorum, quos omnes legaliter tentos custodire tenetur, ut docet Zecch. *de Republ. Eccles. tit. de Paroch. cap. 28. n. 23. vers. Idem quoque.*

2. Legaliter tunc dicuntur dicti Libri retenti, si benè compacti, & cartulati alium titulum non habent, nec aliquid aliud extraneum ibidem non adnotetur, suntque authentici, & plenè probant ea, quæ ad officium Parochi pertinent, ut advertit Pac. Jord. *lucubr. t. 3. lib. 14. tit. 20. n. 48. Adden. ad Pamph. decis. 456. n. 7. 8. & 9.*

Formulæ autem, quibus describende sunt particulæ Baptizatorum, Confirmatorum, Contrahentium Matrimonia, ac Mortuorum, possunt esse infra scriptæ, quæ hic apponuntur, non solum pro instructione Parochorum, sed Episcoporum, & aliorum Diœcesim visitantium, ut possint eisdem Libros ad debitam formam reducere, quatenus malè, & inscitè retentos (ut sæpè, & sæpissimè accidit) inveniant.

Descriptionis natorum, & Baptizatorum.

F O R M U L A I.

Die mensis anni Ego N. Parochus Ecclesiæ N. baptizavi infantem natum in hac mea Parochia die hora (quatenus sciri possit) ex N. & N. legitimis conjugibus hujus Civitatis, cui impositum fuit nomen N. Patrinus fuit N. de Parochia N. & Matrina N. de Parochia N.

Nati

Nati ex Parentibus incertis.

FORMULA II.

DIe... mensis.... anni.... Ego N. Parochus Ecclesiæ N. baptizavi infantem natum in hac Civitate (vel alio loco) ex Parentibus incertis die.... hora.... (quatenus sciri potest) cui impositum fuit nomen N. Patrinus fuit N. in Parochia N. & Matrina N. Ex Parochia N.

Si autem sciatur Mater, scribatur nomen ejus, quatenus non adfit periculum infamię, cujus occasio semper tollenda est: Si verò infans fuisset expositus, neque constet per testes fuisse baptizatum, tunc scribatur in Libro, ut infra:

FORMULA III.

SUMMARIUM.

- 3 Expositi, an & quomodo sint baptizandi.
- 4 Quid agendum quando dubitatur de

validitate Baptismi.

- 5 Obstetrices debent esse instructæ, & approbatæ.
- 6 In collatione Baptismi adhibendæ sunt solemnitates, secluso periculo mortis; aliàs Baptizans peccat.

DIe... mensis... anni... Ego N. Parochus Ecclesię N. loci N. baptizavi infantem expositum in loco N. repertum ibidem ab N. & verisimiliter natum tribus ab hinc diebus, cui impositum fuit nomen N. Patrinus fuit N. & Matrina N. ex hac mea Parochia. (vel alia.)

2. Expositi enim absolutè, & absque ulla conditione baptizandi sunt quoties est omnimoda ignoratio de collato Baptismo, nec ulla datur in oppositum probabilis conjectura: Si verò haberent appensam collo, vel in alia corporis parte schedulam, in qua esset scriptum recepif-

se Baptismum, tunc sub conditione baptizari deberent, ut communiter distinguunt DD. relati à Romaguer. ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 18. cap. 7. à n. 9. cum seqq.

Si infans fuisset Domi baptizatus ob periculum mortis, qui postea decessit, scribatur in Libro sic.

FORMULA IV.

DIe... mensis.... anni... hora.... natus est infans filius legitimus, & naturalis N. & N. Conjugum hujus meæ Parochiæ, qui ob imminens periculum mortis postea secutæ baptizatus fuit Domi eorundem ab N. obstetrice approbata (vel alio) cui impositum fuit nomen N. Patrinus (vel Matrina) fuit N.

Si verò infans periculum mortis evasit, erit deferendus ad Ecclesiam, ut suppleantur cœremoniæ Ritualis, & tunc describatur in Libro sic.

FORMULA V.

DIe... mensis... anni... natus est infans filius legitimus, & naturalis N. & N. Conjugum hujus meæ Parochiæ N. qui ob periculum mortis baptizatus fuit Domi dicta die ab Obstetric approbata, quo tamen postea evasit, & delatus ad Ecclesiam, Ego N. Parochus explevi cœremonias, & preces prescriptas

ptas à Ritual, & quia Domi non fuit illi impositum nomen, in Ecclesia per me impositum fuit nomen N. Patrinus Domi fuit N.

4. Quando autem dubitatur de validitate Baptismi, utpotè quia Obstetrix, vel alius baptizans in periculo mortis postea examinatus rectè formam non callere re-
pertus est, quia aqua elementaris, qua fuit usus, dubia est, aut ex alia simili causa, tunc erit infans rebaptizandus sub conditione, & partita Libri describenda, prout sequitur.

F O R M U L A VI.

Die . . . mensis . . . anni . . . hora . . . natus est infans filius legitimus, & naturalis N. & N. Conjugum hujus meæ Parochiæ N. qui ob periculum imminens mortis baptizatus fuit Domi ab N. & postea mortis discrimine evaso, delatus fuit ad hanc Ecclesiam Parochialem pro supplendis solitis cœremoniis; sed quia in examine per me diligenter habito dicti baptizantis super forma, & modo Baptismi per eum collati, dubitavi de illius validitate, ideò Ego N. Parochus baptizavi dictum infantem cum conditione -- *Si validè non es baptizatus &c.* nomenque imposui N. Patrinus fuit &c.

ADNOTATIONES.

5. *AB OBSTETRICE APPROBATA.* Dicitur sic in Formula quinta, ut intelligat Parochus, quod nulla fœmina exercere debet officium Obstetricis, antequam sit benè instructa per eum circà formam, & materiam hujus Sacramenti, & ab Episcopo approbata, ut monet D. Carolus in *Concilio Provinciali* 5. quod refert Gavant. *Manual. Episcop. verb. Baptismus num. 26.* ut tradunt communiter DD. quos refert Romaguer. *ad Synodal. Gerund. lib. 3. tit. 18. cap. 2. num. 18.*

6. Additur quoque expressio imminens periculi mortis, ad demonstrandum, quod seclusa necessitate, & mortis periculo, in collatione Baptismi adhibendæ sunt solemnitates ab Ecclesia præscriptæ, alias baptizans sine illis graviter peccat; sic firmant DD. adducti à Romaguer. *loco mox citato num. 19. & 20.*

Cæterùm Parochus circumstantias notatas in Formulis nuper relatis apponere non contemnat, quia sæpè in probanda identitate personæ in successione, & aliis juribus multùm juvant.

Descriptionis Confirmati.

F O R M U L A VII.

Die . . . mensis . . . anni . . . N. Episcopus N. occasione *visitationis* Pontificaliter indutus ministravit solemniter Sacramentum Confirmationis in Ecclesia N. Terræ N. & fuerunt confirmati sequentes.

N. ætatis annorum . . . filius N. & N. Conjugum Parochiæ N. Patrinus fui N. filius N. Parochiæ N. loci N.

Et sic describantur mares separatim à fœminis in eodem Libro ordine alphabetico, exprimendo ætatem, & qualitatem Adultorum, præsertim si sint conjugati.

ADNOTATIO.

OCCASIONE VISITATIONIS. Fit in Formula talis expressio, ut recordetur Episcopus, quod ne Subditi graventur, conveniens est, quod hoc Sacramentum ministraretur occasione visitationis locorum Diocesis: Pro quo ministrando, nec à Clericis, nec à Laicis procuracionem exigere minimè potest, quia est proprium officii Episcopi confirmare, ut communiter tradunt Barbof. *de Offic. Episc. alleg. 30. n. 10.* & alii, quos allegavi in *Adnotat. ad Formul. II. Edicti Visitationis num. 19. Sac. Congregat. Concilii in Amalphaniana 18. Julii 1699. in responsione ad primum, & secundum.*

Descriptionis Matrimonii.

FORMULA VIII.

SUMMARIUM.

- 1 Parochi presentia in matrimonio debet esse non tantum physica, & materialis, sed moralis, & cum advertentia, ac intelligentia, etiamsi Parochus data opera affectando non intelligeret, & n. 2.
- 3 Matrimonium est nullum si Parochus non percipit sensu consensum utriusque contrahentis, & reprobatur Rot. & n. 4.
- 5 Benedictio Sponsorum quando sit danda.
- 6 Parochus, quæ advertere debet in descriptione partium matrimonii.

EGO N. Parochus Ecclesiæ N. hujus Civitatis (vel loci) N. factis tribus sollemnibus, idest die... quæ fuit Dominica 2. mensis... secunda die Sancti N. & tertia die... in hac mea Ecclesia super Matrimonio contrahendo inter N. & N. nulloque detecto impedimento, eisdem N. Viro, & N. Muliere interrogatis, & eorum mutuo habito consensu & intellecto, eos per verba de presenti in eadem Ecclesia, servata forma à Sac. Concil. Trid. præscripta, solemniter in Matrimonium conjunxi, ibidem presentibus N. N. & N. N. Testibus, mihi benè cognitis de loco N. qui Conjuges post celebrationem Missæ *Benedictionem* in Missali, & Rituali Sponsis præscriptam à me receperunt.

ADNOTATIONES.

HABITO CONSENSU, ET INTELLECTO. Præsentia Parochi, quæ in Matrimonio vigore dispositionis Concil. Trid. exigitur, non debet esse tantum physica, & materialis, seu virtualis, sed moralis, & humano modo cum intelligentia, & advertentia rei quæ agitur. Aliàs enim si Parochus præsens non adverteret, & non intelligeret, & humano modo consensum mutuum contrahentium non perciperet, non posset esse Testis (de quo confidit Ecclesia) contracti Matrimonii, & per consequens matrimonium non esset validum, ut communiter firmant Theologi, ac Canonistæ, & præsertim Abelly *Theolog. Moral. tit. de Matrim. sect. 2. n. 3.* Boss. *de Matrim. cap. 3. §. 1. num. 2.* Cabassut. *in notit. Eccles. ad Concil. Trid. num. 55.* Cened. *Monacelli Form. Pars I.*

pract. & Can. quest. lib. 1. quest. 30. num. 33. Ciarlin. *controv. 131. num. 61. & seqq.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 39. n. 1.* cum aliis pleno calamo allegatis à D. in Urbe docto Advocato Ursaya in ejus *Dissert. seu tract. de matrim. §. 11. num. 8.*

2. Quæ juris propositio vera est, quamvis Parochus data opera affectaret non audire, si re vera non audit, nec consensum aliunde non percipit: Quia (ut mox dicebam) cum Parochus in matrimonio adhibeatur non tamquam minister, sed tamquam Testis magnæ auctoritatis, Fagnan. *in cap. Quod nobis num. 54. de clandest. dispens. & in cap. Litteræ num. 24. de matrim. contrahen. contr. interd. Eccles. Piafec. prax. Episc. part. 2. cap. 4. de matrim. art. 4. num. 18.* Sabell. *verb. matrimonium num. 2. vers. Quod possit probati, Rot. decis. 375. part. 11. recent.*

3. Hinc oritur, quod, si consensum

T ver-

verbis, aut signis expressum contrahentium non intelligit, nec percipit, non poterit testari Matrimonium fuisse contractum, licet si affectasset injustè, & sine causa, peccaret, & punire, posset, ut eruditè, solidèque probat *d. D. Ursaya*, & cum eo alii duo insignes in Urbe Theologi nempe P. Calistus Lodigerius Ord. Servorum, & P. Liberius à Jesu Ordinis Carmelit. Discalceat. quorum *Dissertationes reperiuntur impressæ post d. tr. D. Ursayæ de Matr.*

4 Et est contra sensum Rotæ in *Romana Matrimonii* 4. Februar. 1697. coram Ursino, in publicatione Voti, quod *Sacr. Cong. Conc. in d. Causa exquiserat* 17. Novembr. 1696. expressum, in quo videtur approbata conclusio, quod, si Parochus data opera affectet non audire, quamvis non intelligat adhuc Matrimonium sustineatur, & quod tunc sufficiat præsentia materialis. Quam tamen improbavit eadem Sac. Congr. 6. Martii 1700. in propositione Dubiorum Matrimoniorum sub dicta die propositorum, rescribendo—*Reprobata opinione, quod sufficiat præsentia Parochi purè materialis, seu physica, providebitur in casibus particularibus.*

5 **BENEDICTIONEM.** Benedictio Sponforum est danda, quando contrahentes ambo non fuerunt aliàs Uxorati, vel Mulier non sit Vidua, vel non contrahatur Matrimonium tempore ab Ecclesia prohibito cum Episcopi dispensatione; & in his casibus nihil in partita exprimitur de benedictione, sed exprimitur causa cur non fuerunt benedicti.

6 Præterea debet Parochus Formulam descriptionis supra positam ampliare, & restringere, & variare juxtà Matrimonii circumstantias, puta quod debeat exprimere quando denunciations, vel earum aliqua fuerunt omiffæ ex dispensatione Episcopi. Secundò, si alius Sacerdos de

licentia ipsius Parochi, Episcopi, aut Vicarii Generalis, Matrimonium celebravit; tunc enim Parochus scribit particulam, & Sacerdos illam subscribit. Tertio, quando Conjuges fuerunt à Sede Apostolica dispensati super impedimento publico, & vigore licentiæ Ordinarii Matrimonium fuit celebratum. Quarto, quando de licentia Episcopi Matrimonium celebratur Domi: Quinto, quando celebratur in alia Ecclesia, quàm Parochiali.

7 Sciat Parochus, quòd, si Matrimonium contractum in Libro non describerit, peccati mortalis reus erit, quia spernit præceptum Concilii in re gravi, ut pluries firmavit Rot. *dec. 233. n. 11. part. 10. decis. 445. par. 13. & dec. 44. n. 29. par. 19. recen.* & coram Duno. Jun. *dec. 896. num. 3.* undè si in visitatione Episcopus inveniat eum in hoc deficere, reprehendat, & puniat.

8 Et tandem quæcunque ab Episcopo, vel ejus Vicario Generali circa Matrimonium contrahendum fuerunt concessa, & scripto ordinata, & dispensata, Parochus diligenter custodiat, & servet.

Descriptionis mortuorum.

FORMULA IX.

SUMMARIUM.

- 1 *Decedentes morte improvisa possunt sepelli absque licentia, dummodo non sint publici peccatores.*
- 2 *Pater prius presumitur mortuus, quàm filius.*
Quis non presumitur mortuus in pupillari ætate.
- 3 *Intersectorum Cadavera sepelli debent in Ecclesia, dummodo non sint publici peccatores.*

N N. fil. quondam N. ætatis suæ annorum circiter, degens in via hujus meæ Parochiæ, in communionem Sanctæ Matris Ecclesiæ ex hac vita decessit, & animam Deo reddidit die ... receptis antequam decederet omnibus Sacramentis, atque per me animæ commendatione adjutus, cujus corpus die mensis anni... *tumulatum fuit* in hac Ecclesia Parochiali N. in Sepulchro presentibus N. N. & aliis.

Ita est N. Parochus Ecclesiæ S. N. loci N.

AD-

ADNOTATIO.

TUMULATUM FUIT. Hæc clausula debet necessariò exprimi,

quia Capyc. Latr. *decif.* 14. num. 22. quem refert Romagn. *ad Synod. Gerund. lib. 5. tit. 12. c. 2. num. 20.* tenet, quod fides Parochi non probet mortem, nisi dicat, defunctum fuisse sepulturæ traditum.

Alia.

FORMULA X.

N N. ætatis suæ annorum ... circiter, degens in via hujus meæ Parochiæ *morte improvisa* præventus ex hac vita migravit, cui propterea non potuerunt Sacramenta ministrari, cujus Corpus ad hanc Ecclesiam delatum, in eadem, die mensis anni ... tumulatum fuit in sepulchro N. præsentibus N. Testibus.

Ita est N. Parochus Ecclesiæ N. loci N.

ADNOTATIO.

MORTE IMPROVISA. Hi qui morte improvisa decedunt, possunt liberè sepelli abscque licentia,

dummodò non sint publici peccatores, & excommunicati, vel quoties non adfit aliqua Episcopi specialis reservatio, ut *Sac. Congr. Ep. rescripsit Archiep. Hydrunt. 10. Junii 1586. & 16. Januar. 1596.*

Alia.

FORMULA XI.

N N. *filius* N. & N. Conjugum hujus meæ Parochiæ, Puer (vel Puella) sex annorum circiter, ex hac vita evolavit ad Cælum die ... cujus Corpus ad hanc Ecclesiam Parochialem delatum, in eadem, die ... mensis ... anni ... tumulatum fuit in sepulchro diætæ Familiæ præsentibus N. & N.

Ita est N. Parochus Ecclesiæ N. loci N.

ADNOTATIO.

FILIUS. Diligens sit Parochus in describendo mortem filiorum Familias, quia de jure prius mortuus præsumitur pater, quàm filius, *Medic. de regul. jur. part. 2. regul. 2. ampl. 59. & 75.* & mortuus quis non præsumitur in pupilla-

ri ætate, sed qui hoc dicit, probare debet, *Bald. conf. 451. & 455. lib. 4. Nat. conf. 395. post. num. 7.* Undè si in Libro Parochiali mors adnotata non reperiretur, damnum notabile interesse habentibus afferret negligentia Parochi, quamquam aliundè mors probari posset.

Alia.

FORMULA XII.

N N. ætatis suæ annorum hujus meæ Parochiæ ictu sclopi (sive ensis, sive gladii) *percussus* in via audita per me ejus Confessione, & per

T 2 eum

eum Sacramentali absolutione recepta antequam expirasset, obiit in Communione S. Matris Ecclesiae, cujus Cadaver ad Ecclesiam N. ubi Sepulturam sibi elegit delatum, ibidem die . . . mensis . . . anni . . . tumulatum fuit in Sepulchro N. praesentibus N. & N. loci N.

Ita est N. Parochus Ecclesiae N. loci N.

ADNOTATIO.

3 **P**ERCURSUS. Cadaveribus interfectorum, quamvis spatium confitendi non habuerint, neque aliquod signum penitentiae dederint, adhuc Sepultura Ecclesiastica deneganda non est, dummodò non sit publici peccatores, puta decedentes in duello, &c. vel notorie excommunicati, prout Sac. Congr. Episc. respondit, & ordinavit Abbati Montis Cassini 31. Julii 1615.

Alia.

FORMULA XIII.

SUMMARIUM.

- 1 Quae advertere, & quae notare debeat Parochus in descriptione partium mortuorum, & num. 2.
- 3 Quisque praesumitur mortuus post centum annos.
- 4 Quis non praesumitur vivere usque ad centum annos.
- 5 Contrarium tenet Ludov. dec. Perus. 12.
- 6 Quisque praesumitur mortuus sine filiis.
- 7 Uxor praesumitur mortua prius, quam maritus.
- 8 Clerici sepellendi sunt in Cathedrali, etiam non electa Sepultura, si ad sit Sepulchrum separatum.

N. N. Uxor N. hujus meae Parochiae aetatis suae annorum . . . circiter, degens in via . . . receptis Sanctis Sacramentis penitentiae, & Eucharistiae, vi morbi oppressa, antequam Extrema Unctione potuisset muniri, ab hac vita in Communione S. Matris Ecclesiae die . . . mensis . . . anni . . . discessit, cujus Corpus ad Ecclesiam N. in qua sibi Sepulturam elegit delatum die . . . sequenti d. mensis, ibidem tumulatum fuit in Sepulchro N. praesentibus N. N.

Ita est N. Parochus Ecclesiae N. loci N.

ADNOTATIONES.

1 **U**Naquaeque ex supradictis Formulis varianda est juxta seculae mortis circumstantias, cum non sint pro omnibus, sed plurimis casibus. Non enim possibile fuit regulam institui, quae in nullo casu deficiat, ut ait D. Thom. 2. 2. quæst. 120. art. 1. Quocumque verò modo mors sequatur, Parochus animadvertat exprime-

re aetatem defuncti, locum, & diem obitus, Ecclesiam tumulantem, & qualitatem personae, idest, si est infans, si adultus, si senex. Item si oblit in Parochia, vel extra, si in Civitate, vel ruri, qua morte, si filius familias, an Vir Uxoratus, an Clericus, an Laicus, an Uxor, an Virgo, an Vidua? Quia hujusmodi circumstantiae relevant identitatem personae, & certitudinem mortis, litium occasionem tollunt, argenteque si omit-

2. Poi-

2. Possunt autem partitæ ad quinque Librorum Parochialium describi lingua etiam vernacula, præsertim in Pagis obscuris, ubi Incolæ sunt grossolani, & talis qualis notitia linguæ latinæ reputatur magna litteratura.

3. Et cum hic de morte, & sepultura loquamur, nota, quod obijisse quem præsumitur post centum annos, *l. fin. Cod. de Sacr. Eccles. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 49. n. 2. Magon. dec. Lucen. 44. n. 12. Gratian. discept. 78. Farinac. repert. ult. volunt. qu. 34. n. 8.*

4. Sed vivere quis non præsumitur usque ad centum annos, *Tusch. lit. V concl. 226. n. 6. Rot. coram Zarat. disc. 89. n. 16. quia vita hominis est sexaginta annorum, l. post quis 57. ff. de hered. instit. l. computationis 68. ff. ad l. Falcid.*

5. At contrarium tenet Ludovic. *decif. Perus. 12. n. 2. ubi dicit, quod quis præsumatur vivere usque ad centum annos, nisi mors probetur saltem per unicum Testem de visu, quia tunc, ut ipse ait, cessaret ista præsumptio, & Testis unicus depositio transferret onus probandi vitam in adversarium n. 16.*

6. Secundò nota, quod præsumitur quem obijisse sine filiis, nisi contrarium probetur, *Bart. in l. factio §. Si quis autem ff. ad Trebel. Rot. cor. Seraph. decif. 1458. n. 3. & cor. Duran. decif. 301. n. 5.*

7. Tertio nota, quod Uxor præsumitur prius mortua, quam Maritus, ut tradit *Sebast. Medic. in tra. Mors omnia solvit part. 1. qu. 1. n. 55.*

8. Quartò, quod Clerici debent Sepeliri in Cathedrali, etiam Sepultura non electa, si adest Sepulcrum Clericorum, ut Rituale disponit, non obstante, quod in alia Ecclesia adest Sepulcrum majorum, *Sac. Cong. Episc. in For. sempromien. 1. Septemb. 1690.*

Deputationis Æconomi Parochiali vacanti.

FORMULA XIV.

SUMMARIUM.

- 1 Cura Animarum in Ecclesiis secularibus non debet exerceri à Regularibus.
- 2 Æconomus deputatur in Parochiali quocumque modo vacanti.
- 3 Ad Episcopum pertinet privativè deputare Æconomum Ecclesiis Parochialibus vacantibus.
- 4 Episcopus assignat congruam Æconomio.
- 5 Vicarius Curæ dicitur Æconomus, quia habet administrationem bonorum Ecclesiæ vacantis.
- 6 Æconomus semel constitutus non potest sine causa removeri.
- 7 Æconomus debetur Congrua ex fructibus Parochiæ, quæ potest esse duorum aureorum in singulo mense.
Æconomus Congrua non taxata, potest petere salarium usque ad summam taxari solitam à Camera Apostolica, ubi percipit spolia, ibid.

N. Episcopus N.

Dilecto Nobis in Christo Presbytero Seculari N. Salutem in Domino. Parochiali Ecclesia N. vacante Nos, ad quos spectat, ne Subditi illius Curæ in spiritualibus adjunctis detrimentum sentiant, illis de idoneo Sacerdote qui Sacramenta administret, providere volentes, cognita per examen tua sufficientia, & de cuius vita, & moribus plurimum in Domino confidimus, te in Vicarium, sive Æconomum d. Ecclesiæ Parochialis constituimus, & deputamus durante vacatione, & donec de Rectore provideatur, cum facultate Missas Parochiales, & alia Divina Officia celebrandi, Sacramenta omnia ministrandi, & alias Ecclesiasticas, & Parochiales functiones obeundi, ad quæ tenetur, & Animarum quilibet Rector præstare, & obire solet, cum Congrua fructuum d. Parochialis portione scut. annuorum, tibi liberè singulo mense pro rata persolvenda. In quorum &c.

N. Episcopus N.
Loco Sigilli.
Monacelli Form. Pars I.

N. Cancellarius Episcopalis.
T 3 ADNO.

ADNOTATIONES.

1. PRESBYTERO SÆCULARI.

Non debet Episcopus pro exercenda Cura Animarum in Ecclesiis sibi subjectis uti opera Regularium, nisi ob penuriam Presbyterorum Sæcularium idoneorum, & non nisi ad breve tempus, sic respondit *Sacr. Congreg. Episc. & Regular. Episc. Albinganen. 23. Julii 1585.*

2. VACANTE. Sive Ecclesia Parochialis vacet per mortem, sive per renunciationem, aut affectuionem alterius Beneficii incompatibilis, deputatur Æconomus, ut docet *Barbos. supra Conc. sess. 24. cap. 18. num. 38. de Reform.*

3. AD QUOS SPECTAT. Vicarium, sive Æconomum deputare in Ecclesiis Parochialibus vacantibus tam sæcularibus, quam Regularibus, & Jurispatronatus, ac exemptis, pertinet privative ad Episcopum; nec ullus inferior, qui non habet jurisdictionem quasi Episcopalem cum facultate congregandi Synodum, potest in ista deputatione se ingerere, quamvis alteri, quam Episcopo collatio competeret Beneficii, *Garz. de Benef. par. 9. cap. 2. n. 10. & 128. Barbos. de offic. Episc. alleg. 60. n. 3. & 4. & supra Concil. d. c. 18. sess. 24. n. 32. Nicol. in fosc. verb. Æconomus n. 7. & seqq. Fagnan. in cap. Cum nos n. 7. de offic. Ord. Ricc. prax. for. Eccles. par. 1. resol. 505. n. 3. Sac. Congr. Concilii in Pisana 17. Martii 1696.*

4. Si verò agatur de Æconomio deputando propter absentiam Parochi, tunc illius nominatio regulariter ad ipsum Parochum spectat, quamvis inquisitum, cum approbatione tamen Episcopi, per quem fit Congruæ assignatio, *Sac. Cong. Episc. in Mileten. 7. Decembr. 1691. referente Eminentiss. Carpineo, & Sac. Congr. Concil. pariter in Mileten. 7. Junii 1692.*

5. SIVE ÆCONOMUM. Vicarius in ista deputatione dicitur etiam Æconomus, quia debet habere custodiam, & administrationem bonorum Ecclesiæ vacantis, *Garz. de Benefic. d. part. 9. d. cap. 2. n. 18. Gallemart. supra Concil. dict. c. 18. sess. 24. de Refor. n. 9. & de illis rationem reddere, Fagnan. in d. c. cum nos num. 27. de offic. Ordin.*

6. DONEC DE RECTORE PROVIDEATUR. Quia Vicarius sive Æconomus semel constitutus cum congruæ assignatione non potest sine causa removeri, ut dicit *Barbos. supra Concil. dict. cap. 18. sess. 24. n. 44.*

7. CUM CONGRUA. Æconomio deputato Congrua assignanda, & taxanda est arbitrio Episcopi ex fructibus Parochiæ, quæ ponderatis qualitate personæ, Beneficii vacantis, & loci, potest esse duorum aureorum in singulos menses; nisi aliquis sit jure obligatus ad suppleendum, quando fructus sunt tenues, *Garz. de Benef. part. 9. cap. 2. n. 15. Rot. coram Arguell. decis. 47. n. 9. Panimol. decis. 15. adnot. 2. n. 39. & 40. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 60. num. 2. in fin. Et si illi assignata Congrua non reperitur, possit salarium petere, ut ex glos. in cap. Charitatem 8. quæst. 2. verb. Hoc intellige, dicit Escobar. de ratiocin. cap. 27. n. 50. usque ad summam dari solitam à Camera Apostolica, ubi percipit spolia Ecclesiarum vacantium *Sacr. Congr. Episcop. in d. Mileten. 7. Decembr. 1701.**

Deputationis Coadjutoris Parocho imperito, vel inutili.

FORMULA XV.

SYMMARIVM.

- 1 Episcopus deputat coadjutorem Parocho imperito, etiam in Parochiali exempta.
- 2 Parochi, quando possint ab Episcopo subijci, & vocari ad novum examen, & num. 3.
- 4 Congrua si non sufficiat Parocho, & Coadjutori, Parochiani tenentur alimenta Coadjutori præstare.
- 5 Coadjutor Parochi in absentia Coadjuti præcedit Beneficiatos, & recipit eadem emolumenta, quæ Coadjuto debentur.
- 6 Coadjutor datur Parocho juveni, cui Mulieres confiteri non consueverunt, & in aliis casibus, qui hinc enumerantur.

N. Episc.

N. Episcopus. N.

Dilecto &c.

EXpedit magnoperè Animarum saluti à dignis, atque idoneis Parochis gubernari. Ut igitur id juxta Concilii Trid. Decreta salubriter exequatur, Te, de cujus moribus, & idoneitate per Nos, & Examinatores nostros recognita, plurimum in Domino confidimus, in *Ecclesia Parochiali* N. loci N. in qua N. Parochus, licèt vitæ honestæ, ob illius imperitiam, & illiteraturam *inutilis detectus fuit*, Coadjutorem, seu Procuratorem illius, ejusque Ecclesiæ, & Curæ, auctoritate Apostolica nòbis delegata, tenore præsentium, constituimus, & deputamus *cum Congrua* d. Ecclesiæ fructuum portione scut. annuatim tibi ab eodem N. Parocho liberè pro rata quolibet mense perfolvenda, cum obligatione tamen tibi injuncta residendi, onera Curæ sustinendi, & cum plena facultate Divina Officia, & *Parochiales functiones* celebrandi, Sacramenta ministrandi, & alia onera, & munia obeundi, quæ Animarum quilibet Parochus obire, & præstare solet. Præsentibus usque eò duraturis, donec dictus Parochus habilis, & idoneus regimini Curæ reddatur. In quorum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

IN ECCLESIA PAROCHIALI. In hac specie deputationis Coadjutoris, quæ fit ab Episcopo facultate delegata à Concilio c. 4. & 6. sess. 21. de Refor. ob imperitiam, & illiteraturam Parochi, procedit ejus auctoritas, etiam in Parochiali exempta, ut probat Barbof. supra d. cap. 6. num. 1. & de offic. & potest. Episc. alleg. 63. num. 6. & seqq.

2. INUTILIS DETECTUS FUIT. Si agatur de Parocho examinato, & approbato in concursu ab eodem Episcopo, tunc imperitia illius non nisi ex noviter supervenientibus, etiam extrajudicialibus indicijs per novum examen detegi poterit: Si verò agatur de Parocho approbato ab Antecessore Episcopo, poterit absque alio indicio, & diffamatione, illius inhabilitas recognosci per examen, cui quatenus Parochus subjici renuat, poterit Episcopus eum suspendere, & Coadjutorem deputare, ut probant Gonzal. ad

reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 9. num. 29. Garz. de Benef. part. 4. cap. 5. num. 7. Barbof. de offic. Episc. alleg. 63. n. 6. Card. de Luc. de Paroch. disc. 16. per tot. cum aliis ad saturitatem adductis à Rot. in decis. 257. & 258. part. 19. rec.

3. Verum tamen est, quod Episcopus ad praxim sententiam hanc non debet deducere, nisi rarò, cum magna cautela, & non nisi præcedente diffamatione, seu conjectura imperitiæ Parochi, ne bonam famam, quæ impinguat ossa, Proverb. 15. amittat.

4. CUM CONGRUA. Hanc Congruam Episcopus taxat non tantum auctoritate Concilii c. 4. & 6. sess. 21. & c. 18. sess. 24. de Refor. sed etiam juris communis in cap. de Rectoribus de Cleric. ægrot. ubi Fagn. n. 9. Quæ si ob exiguitatem fructuum Parochialis non posset ad honestam quantitatem reduci, & redditus Parocho, (qui esset præferendus, & Coadjutori non sufficerent pro sustentatione, tunc Parochiani deberent Coadjutori ali-

T 4 menta

menta subministrare, ut dicit Fagnan. in d. c. de Rectoribus num. 12. & 13. de Cler. aegrot.

5. ET PAROCHIALES FUNCTIONES. Parochi Coadjutor in absentia Coadjuti in functionibus Parochialibus præcedit Beneficiatos, & recipit eadem emolumenta, quæ Coadjuto debentur, Sac. Congreg. Concilii in Lucana 15. Aprilis 1690.

6. Si autem Coadjutor daretur propter juventutem Parochi, cui Mulieres confiteri non confiderent, prout dari potest, ex Nicol. in flos. verb. Coadjutor n. 6. vel ob aliam causam, puta infirmitatis, lepræ, dementiæ, vel numerositatem populi, de quibus habes apud Ricc. prax. for. Eccles. part. 1. resol. 504. secundum Venet. impres. 1674. tunc poteris uti eadem Formula, mutata tantum causa deputationis.

Deputationis Æconomi in Parochiali spectante ad Capitulum.

F O R M U L A XVI.

N. Episcopus N.

Dilecto &c.

CUM Tu à RR. DD. Dignitatibus, Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ nostræ Cathedralis in Æconomum, sive Curatum Ecclesiæ Parochialis S. N. loci N. (ad quos jus nominandi spectare dignoscimus) præsentatus, & nominatus extiteris, prout ex actis constare, Nobis relatum fuit; Teque vitæ, ac morum honestate, scientia, ac aliis requisitis ad Curam Animarum administrandam per examen, aliisque Testimoniis fide dignis respectivè præditum esse dignoverimus: Æconomum, sive Curatum amovibilem, tamquam habilem, & idoneum in Parochiali prædicta confirmamus, eligimus, & approbamus, tribuentes tibi, durante officio, facultatem opportunam Missas Parochiales, & alia Divina Officia celebrandi, Sacramenta omnia administrandi necnon cetera munia Parochialia exercendi; te in Domino admonentes, ut in edocendo doctrinam Christianam sedulò incumbas; assignata tibi Congrua fructuum dictæ Parochialis portione scut. . . . per dictum Capitulum annuatim, & pro rata respectivè singulo mense liberè persolvenda. In quorum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

Præsentationis Curati amovibilis ab Universitate faciendæ.

F O R M U L A XVII.

DIE . . . mensis . . . anni . . . comparuit in hac Curia Episcopali N. N. Syndicus, & Procurator Universitatis loci N. prout docuit de mandato

dato Procuræ, quod exhibuit, & vacante Cura Animarum Ecclesiæ filialis N. d. loci, quæ exerceri solet per V. Curatum amovibilem nominandum à dicta Universitate, nomine ejusdem nominavit, & præsentavit Rev. Presbyterum N. sæcularem, petens illum admitti, & pro exercitio dictæ Curæ approbari; & quatenus rejiciatur (quod non credit) nunc pro tunc petiit sibi concedi congruum terminum ad novam alterius Presbyteri præsentationem faciendam, protestans omni, &c.

Illustrissimus, & Reverendissimus D. N. Episcopus (sive Vicarius) N. nominationem, & præsentationem d. Presbyteri N. nomine Universitatis N. factam admittit, & recognita per Examinatores præsentati idoneitate, tam quoad litteraturam, quam quoad mores, & cætera requisita, illum ad exercitium dictæ Curæ pro V. Curato dictæ Ecclesiæ N. cum solita assignatione Congruæ, cum facultatibus, & oneribus solitis approbavit, & litteras patentes expediri mandavit. Die:

Ita est N. Cancellarius Episcopalis N.

Litterarum patentium appro-
bationis.

FORMULA XVIII

SUMMARIUM.

- 1 Universitates Laicorum sunt capaces nominandi Curatos amovibiles.
- 2 Quæ sint jura Parochialia hic referuntur, & quæ hodiè sint in viridi observantia enumerantur, & num. 3. & 4.
- 3 Canonicus Parochus, sive Curatus potest eligi Vicarius Capitularis, & reprobatum Quarant.
- 4 Parochus non tenetur subministrare Cappellanis, seu Presbyteris in sua Ecclesia celebrare volentibus paramenta necessaria.
- 5 Parochus non cogit hæredes Defuncti pro solita quantitate Cereæ pro funere, neque ad vocandum alios præter Parochum si nolint.
- 6 Nihil pro publicatione matrimonii, vel Ordinum exigit; & ad munuscula pro administratione Sacramenti matrimonii Parochianos non cogit.
- 7 Non prohibet benedictiones Anima-

- lum, quæ fiunt à Cappellanis Ecclesiæ sitæ intra Parochiam.
- 10 Benedicunt privativè Puerperas, & referuntur Decreta, & num. 11. & 12.
 - 11 Non ingreditur Ecclesias Regularium cum Stola, & Cruce, nisi adsit Consuetudo; neque exigit pro funere explendo in ipsdem Ecclesiis majorem eleemosynam.
Potest functioni Exequiali in Ecclesiis Regularium assistere tamquam unus de populo, ibid.
 - 12 Parochi, & Curati, munia Parochialia per se ipsos, & non per substitutos adimplere tenentur.
 - 13 Curati Ecclesiarum debent habere Congruam certam, quamvis sint amovibiles.
Congrua semel taxata non potest minui, quamvis Curatus diminutioni consentiret, ibid.
 - 14 Parochus, sive Curatus, non potest se excusare à residentia prætextu insalubritatis aeris, aut consuetudinis.
 - 15 Curatus amovibilis non potest amoveri inconsulto Episcopo.

N. Epi-

N. Episcopus N.

Dilecto &c.

Tibi Nobis ab Univerſitate loci N. cui titulo immemorabilis conſuetudinis *ius pertinet nominandi* præſentato ad Curam Animarum exercendam in Eccleſia Parochiali filiali N. dicti loci, idoneoque ab Examinatoribus noſtris Synodalibus, tam quoad ſcientiam, quàm quoad alia requiſita reperto, & à Nobis approbato, licentiam, & facultatem concedimus, Miſſas Parochiales, & alia Divina Officia in d. Eccleſia celebrandi, Sacramenta omnia adminiſtrandi, nec non *munia Parochialia exercendi, & jura tuendi honoribus, & oneribus conſuetis.* Teque V. Curatum amovibilem d. Eccleſiæ, ſic à Nobis approbatum conſtituimus, & deputamus, admonentes in Domino, *ut per te ipſum* tuis muneribus, & præſertim in edocendo Doctrinam Chriſtianam ſedulò incumbas, *& de ſolita certa Congrua,* quam tibi aſſignamus, reſponderi facias. Volumus autem, quod *à reſidentia* durante officio *diſcedere, nec ab eo amoveri* poſſis Nobis inconſultis. In quorum Teſtimonium has præſentes litteras (ſalvis juribus Eccleſiæ Matricis N.) à nobis ſubſcriptas, expediri juſſimus. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

IUS PERTINET NOMINANDI. Univerſitates Laicorum ſunt capaces nominandi Curatos amovibiles, juxta firmata à Rota coram Priolo *decif. 104.* & coram Peuting. *decif. 173.* & tenuit quoque *Sac. Congr. Episc. & Regular. in Aquilana favore Univerſitatis Terræ Ariſchie 29. Julii 1695. referente Eminentiff. Card. de Abdua.*

2. MUNIA PAROCHIALIA EXERCENDI, ET JURA TUENDI. Munus, & jus Parochiale complectitur plures functiones, quas Abb. *in Rubr. de Paroch. num. 2.* ad quinque reducit, nempe Primò, quod Parochiani diebus feſtivilis Miſſam audiant in Parochia (& hoc ceſſit ab aula:) Secundò, ut iidem Parochiani Sacramenta percipiant in Eccleſia Parochiali, (& hoc hodiè reducit ad præceptum Paſchale.) Tertio, ut in eadem Eccleſia ſepellantur (& hoc ſer-

vatur, niſi alibi ſepulturam elegerint:) Quarto ad præſtationem Decimarum: Quintò ad oblationes, (hoc multas habet fallentias, quam dedi in adnotationibus Formulæ licentiæ erectionis Eccleſiæ,) & Abbatem ſequitur Rotor. Coccin. *dec. 2089.*

3. Barboſ. *autem in Summ. decif. Apoſtolic. in verb. Functiones Parochiales collect. 391.* ampliatur, & extendit jus Parochiale ad ſequentia. 1. Ad Benedictionem Candelarum in die Purificationis, & Cinerum in feria quarta Quadrageſimæ. 2. Ad celebrationem Miſſæ in feria quinta Cœnæ Domini. 3. Ad Benedictionem Palmarum, & Domorum. 4. Ad delationem Sanctiſſimi Sacramenti in Proceſſionibus per Parochiam, & idem repetit, & firmat *in collect. 555. 556. & 558.* & cum Barboſ. concordant *Tondu. quaſſ. Benefic. tom. 1. cap. 63. num. 19. & ſeq. Nicol. in ſoſc. verb. Parochus num. 17. & 18. Pignatell. conſult. 73. num. 86. & 105. tom. 8.* quæ omnia continent

tinet Decretum Sacr. Congreg. Rituum relatum à Quarant. verb. Missa in fin. 18. Maii 1602.

4. Verùm hodiè functiones privativæ, quæ ad Parochos spectant, & quæ in viridi observantia sunt, ad pauca reducuntur, nempe Primò, ad delationem Stolæ in processionibus funeralibus, Sac. Congr. Rituum apud Pignatell. consult. 73. n. 110. tom. 8. Sac. Congr. Concil. in Ebrunden. in responsione ad 11. 25. Junii 1695. Secundò, ad benedictionem Domorum in Sabato Sancto, Barbof. & alii supra laudati, Romag. ad Synod. Gerunden. lib. 3. tit. 11. c. 6. Tertio, ad perceptionem Decimarum, c. Cum contingat, cap. Quoniam Nobis de Decim. Quarto, ad administrationem Sacramenti Eucharistiæ tempore Paschatis, c. Omnis utriusque sexus de pœn. & remis. & infirmitatis, etiam Canonici Cathedralis, Sac. Congr. Concil. in Tiburt. 12. Maii, & in Novarien. 17. Septemb. 1695. & in Narnien. 26. Septemb. 1699. Quintò, ad retentionem Clavis Tabernaculi, & rerum, quæ pertinent ad Sacramenta, c. 1. de cust. Euchar. Sac. Congr. Concilii in Signina Præminentiarum 18. Novembr. 1690. & 13. Januar. 1691. & in Neapolit. 14. Novemb. 1693. Sextò, ad Benedictionem Sponsorum, & Cadaverum Defunctorum antequam è Domo leventur, Lezan. oper. moral. tom. 2. & ver. Benedictio n. 18. Rot. coram Zarat. decis. 45. n. 40. & seq. Sac. Congr. Concil. in Bononien. 14. Februar. 1694. Septimò, ad publicationem Matrimoniorum, Excommunicationum, & Indulgentiarum Sac. Congr. Episc. in Firmana 3. Julii 1615. in responsione ad 8. Hæc inquam non nisi à Parocho, vel de ejus licentia exerceri, & expleri non valent, ut firmant jura, & Decreta allegata. Adde Benedictionem Fontis Baptismalis, & quod Parochus tempore Quadragesimæ potest de mane in sua Ecclesia prædicare non obstante consuetudine, quod in sola Ecclesia Matrice, vel alia concionetur, Sac. Congr. Concil. in Florentina Juris Prædicandi 26. Januar. 1697.

5. HONORIBUS, ET ONERIBUS CONSUETIS. Si Parochus, vel Curatus sit simul Canonicus, poterit eligi Vica-

rius Capitularis, quia à jure hoc prohibitum non reperitur, prout contra Quarant. in Summ. Bullar. verb. Capitulum Sede vacante dub. ultim. versic. item erit, respondit Sac. Congr. Episc. in Orien. 19. Julii 1619. ubi dicitur, quod Decreta à Quaranta in contrarium allegata debent intelligi, quatenus vera sint, de Parocho Rurali.

6. Non tenetur Parochus, sive Curatus subministrare Cappellanis, seu aliis Presbyteris in sua Ecclesia Missas celebrare volentibus, paramenta necessaria, sed tantum hortari potest, sic respondit Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Montis alii 25. Maii 1699. non obstante solito Sac. Congr. Rituum in Egitan. 10. Junii 1602. confirmata in Suanen. 31. Maii 1698. & concordant alia Decreta, quæ refert Barbof. in Sum. decis. Apostol. verb. Curatus n. 3.

7. Non potest cogere Heredes Defunctorum, ut solitam quantitatem Cere pro funere subministrent, sed hi quantitatem sibi ipsis benè visam dare poterunt, Sac. Congr. Episc. in Cassanen. 5. Maii 1617. & ad funus, quos eis placuerit vocare, vel neminem, nisi solum Parochum, Sac. Congr. Concil. in Ebrunden. 25. Junii 1695. in responsione ad secundum, & Sac. Congr. Rituum in Vaden. 2. Augusti 1698.

8. Pro publicationibus Matrimoniorum, & Ordinum nihil exigere debet; pro fide verò, decimam partem unius scuti, & quoad munuscula, non potest Parochianos cogere, ut ad hæc respondit Sac. Congr. Episc. & Regul. referente Eminentiss. Acciajolo in Sanctæ Severinæ Emolumentorum 6. Augusti 1700.

9. Benedictiones Animalium in die festo S. Antonii Abbatis dare, & oblationes recipi ab aliis Cappellanis, & Rectoribus aliarum Ecclesiarum intra fines Parochiæ existentium nec prohibere, nec impedire valet, quia inter functiones Parochiales ista Benedictio non connumeratur, Sac. Congr. Episc. in Fulginat. 25. Maii 1685. & in Tudertina 18. Novembr. 1695. Sac. Congr. Concil. in Ravennaten. 12. Novem. 1695. quæ conclusio vera est, etiam quoad Religiosos Sancti Antonii Viennen. qui nullum jus privativum id prohibendi habent, ead. Sac. Congregat. Episc. in Tudertina 18. Novembr. 1695.

10. Quo

10. Quo verò ad cæteras Benedictiones, Gavanti, *super Rubr. Missal. p. 4. tit. 19. n. 1. & 2.* hanc dat distinctionem, nempe, quod Benedictiones, quæ sunt in Missali, possint expleri à quocumque Sacerdote; quæ verò sunt in Rituali, à solo Parocho. At Gavanti distinctio servari poterit, ubi consuetudo contrarium non præscripsit; ac etiam servanda est in benedictione mulierum post partum, quia cum hæc fiat publice cum Superpelliceo, Stola, & Aqua benedicta, ac cum oblatione Candelæ, quæ sunt signa jurisdictionis, ad solum Parocham intra fines suæ Parochiæ, tanquam habentem jurisdictionem, & intentionem fundatam in oblationibus spectare debet, Nicol. *in flosc. verb. Parochus n. 17.*

11. Et licet Regulares autem benedictionem hanc Puerperarum esse actum voluntariæ devotionis, & ideo ipsis quoque ad exclusionem Parochi esse licitam, nec esse functionem Parochialem sustinere nitantur, allegando Decretum *Sacr. Congreg. Concilii in una Bononien. 2. Julii 1620.* quod refert *Novar. in Sum. Bullar. part. 2. commen. 91. num. 17.* & alii Authores Regulares, quos refellit Parochus Pignatell. *consult. 76. num. 17. tom. 5.* Nihilominus à dicto Decreto, quod innitebatur concordiæ, & consuetudini præscriptæ, fuit ab ead. *Sac. Congreg. recessum in Antuerpien. 19. Novembr. 1662.* ut testatur idem Pignatell. *loc. cit. n. 17.*

12. Et huic ultimæ resolutioni famulatur alia novissima *Sacr. Congregat. Vistationis Apostolicæ in Romana jurium Parochialium 15. Septembris 1693. & 23. Januarii 1698.* in qua, articulo partibus informantibus plenè discussio, decisum fuit, proponente Eminentissimo Card. Bichio, benedictionem Puerperarum spectare privativè ad Parochum Sancti Nicolai in Carcere, ad exclusionem Ecclesiæ, & ministrorum Hospitalis S. M. Consolationis.

13. Item non potest Parochus, (nisi adsit consuetudo) occasione funerum ingredi Ecclesiam Regularium cum Stola, & Cruce, neque exigere majorem elemosynam ab exteris tumulandis in eisdem Ecclesiis, quàm à Civibus, ut respondit *Sac. Congr. Rituum in dicta Vaden.*

Juris Funerandi 2. Augusti 1698. referentia Eminentiss. Noris, & Sac. Cong. Concil. in d. Ebrunden. Jurium Parochialium 25. Junii 1695. in-responione ad decimum: potest tamen Parochus functioni Exequiali assistere, tamquam unus de populo, *Sac. Congr. Rituum in Mantuana Funerum 21. Novembr. 1699.*

14. **PER TE IPSUM.** Parochi, & Curati Animarum cogendi sunt, ut per se ipsos, & non per substitutos eorum munia adimpleant, Barbof. *supra Concil. sess. 23. cap. 1. num. 48. de Reform. & in Summ. decis. Apostol. collect. 555. n. 6. Fagnan. in cap. Exirpanda §. Sanè n. 4. de Præbend. Garz. de Benef. part. 3. cap. 2. num. 53.* ubi firmat, quod Parochus per se ipsum, & non per Vicarium deservire, & injuncto sibi Officio desungi debet.

15. **DE SOLITA CERTA CONGRUA.** Congruam certam debet habere Curatus ad formam Constitut. Pii V. 47. quamvis sit amovibilis, ut declaravit *Sac. Congreg. Vistationis Apostolicæ in Eanen. 26. Novemb. 1693.* cujus quantitas ad præscriptum dict. Bullæ, aut alterius provisionis jam taxata, non potest minui, quamvis Curatus electus, & deputatus diminutioni consentiat, & pro minori quantitate spondeat deservire: Quia hujusmodi pactio sapit Simoniam, & improbata fuit Decreto *Congreg. super statu Regularium emanato 8. Octobr. 1670.* quod refert Pignatell. *consult. 31. n. 1. in fin. to. 3.* & novissimè iterum damnata per *Sac. Congregat. Concil. in Burgi S. Sepulcri Congruæ 5. Septembr. 1699.* in qua contra Monachos Camaldulenses fuit additum -- *Et Monachi se justificent super asserta Simoniacorum Sac. Congreg.* Nil mirum si debeatur Congrua Parocho, quia qui spirituaalia seminat, debet in carnalibus sufficienter provideri, juxta *Drvi Pauli oraculum Rom. 15. Cor. 9.*

15. **NEC A RESIDENTIA DISCEDERE.** Qui Curæ Animarum præficitur non excusatur à Residentia prætextu insalubritatis, aut rigiditatis aeris, neque consuetudinis contrariæ *Sacr. Congregat. Concilii apud Pignatell. consult. 4. n. 19. tom. 7.* & nuper in *Castien. Residentiæ*, in qua cum Parochus prætextu

textu rigiditatis aeris, & consuetudinis non residendi à residentia se excusare vellet, omnium votis rescriptum fuit, quod Episcopus cogeret, & Parochus amplius non audiretur, 28. Septemb. 1680. & 28. Novemb. 1699.

17 *NEC AB EO AMOVERI.* Regula est juris, quod illius est deponere, cuius est instituire, *cap. Conquerente de offic. Ord.* Unde cum Curatus instituitur auctoritate Episcopi juxta dispositionem Concilii Trid. sess. 7. *cap. 7. de reform.* ubi Barbof. n. 25. & 26. consequens est, quod non possit à cura destitui, neque amoveri sine Episcopi scientia, quamvis sit amovibilis, Nicol. *in flosc. verb. Cappellanus num. 7. Grat. discept. 167. & 590. num. 12. & declaravit Rot. decis. 53. n. 90. coram Peuting. & in terminis pro veritate scribit Card. de Luc. de Benefic. disc. 80. num. 20. & 21.*

Testamenti à Parocho conscribendi.

FORMULA XIX.

SUMMARIUM.

- 1 Interpretatio voluntatis Testatoris desumitur à communi usu loquendi ejus Patriæ, quando Testamentum est conditum lingua vernacula.
- 2 Voluntas Testatoris inepta, & irrationalis non est servanda.
- 3 Puella, quæ passa est comprimari ab amasio, non venit sub nomine Puellæ honestæ, quamvis cum eo matrimonium contrahat, & n. 4.
- 4 Sub nomine Puellarum pauperum Civiliū, veniunt filia Mercatorum, & Artificum.
- 6 Legatum relictum Puellis monachandis, an debeatur ingressis in Conservatoria Tertiariarum? disceptatur, & distinctione resolvitur, num. 7.
- 8 Legatum relictum pro Maritandis Puellis potest distribui monachandis, sed non è conversò, quia favorabilior est status celibatus, & num. 9.
- 10 Legatum relictum pro Dotandis Puel-

lis potest distribui pro augenda Dote, etiam jam Maritatis, & pro Dote Puellarum expositarum ejusdem loci.

- 11 Legatum relictum Puellis Monachandis, an debeatur illis, quæ Monachantur extra Patriam Testatoris? offertur casus decisus, num. 12.
- 13 Legatum relictum pauperibus, debet distribui pauperibus Patriæ Testatoris.
Loca Pia veniunt sub nomine pauperum, ibid.
- 14 Clerici veniunt sub nomine miserabilium personarum, & ideo admittuntur ad miserabile beneficium *cap. Odoardus de solut.*
Non veniunt tamen sub nomine Religiosorum in pœnalibus.
- 15 Consanguinei Testatoris, si sint pauperes, præferuntur cæteris in distributione facienda pauperibus.
- 16 In distributione cleemosynæ, qui pauperes sunt præferendi? remissive.
- 17 Legatum Missarum in Ecclesia Regularium celebrandarum, debet adimpleri per Cappellanum electum ab hærede, & n. 18.
- 19 Onus legati Missarum in Ecclesia Regulari relictum, transfertur ad Ecclesiam secularem, quando Religiosi non sunt præstare patientiam.
- 20 Cappellanus, qui habet onus celebrandi Missas pro Suffragio Animæ Testatoris, potest, & debet celebrare Missas concordantes cum Officio.
- 21 An, & quando redditus legati Missarum diminuti, debeant suppleri, vel Missæ reduci? disceptatur, & distinctione resolvitur, num. 22. 23. & 24.
- 25 Diminutis redditibus, reduci debent potius eleemosynæ, & residentia, quam Missæ, & redditur ratio, num. 26.
- 27 Pecunia an veniat sub legato mobilium Domus.
- 28 Clausula con piena ragione, supplet hæredis institutionem.
- 29 Clausula Codicillaris excusat Parochum à rogatione Testium.

- 30 Parochus in Testamento adhibetur loco Notarii.
Ejus Testamentum est validum in terris Ecclesie, & alio quocunque loco in Foro Ecclesiastico, *ibid.*
Et tam in Testamento infirmi, quam sani, *ibid.*
Etiam si instituatur hæres ejus Ecclesia, *ibid.*
- 31 Amplia in Confessario Ordinario Testatoris.
In Parocho alienæ Parochiæ, *ibid.*
In Substituto Parochi, & assertur ratio, *ibid.*
- 32 Testamentum Parochi quando mereatur fidem, & exequi debeat, non obstante, quod non fuerit publicatum, latè examinatur, & plures casus afferuntur à n. 33. ad 38.
- 39 Testes adhibiti in Testamento Parochi debent esse rogati: fallit in Testamento ad pias causas, & in Testamento condito favore pauperum.
- 40 Testes prædicti debent esse mares, idonei, & sine exceptione.
- 41 Testes, qui scribere nesciunt, se subscribant signo Crucis.
- 42 Testamentum Parochi debet continere diem, in qua fuit conditum.
- 43 Testes, qui dicunt fuisse præsesentes, censentur rogati.
- 44 Datur forma publicationis Testamenti Parochi, & n. 60.
- 45 Publicatio Testamenti Parochi potest fieri coram Judice Ecclesiastico.
- 46 Immo coram quocunque Judice Ordinario, & adducuntur rationes à n. 47. ad 56. & rejicitur Panim. & Ciarl.
- 57 Episcopus ex officio debet publicare Testamenta Parochorum.
- 58 Episcopus condit ex consuetudine in aliquibus Provinciis Testamenta pro Anima Defuncti ab intestato, quando habet in bonis usq; ad summâ scutorum cen. ii.
- 59 Testamentum carens solemnitate, an sit servandum in foro conscientie, remissivè.
- 60 Publicatio Testamenti differt ab apertura, & explicatur differentia.
- 61 Legata Pia debentur ex Testamento nullo.

Nel Nome del Signor Dio . Amen.

L'Anno della Nascita di Nostro Signor Giesù Christo mille settecento due agli 8. del mese di Giugno à hore ... e nel tempo del Pontificato del Santissimo Padre nostro Clemente per la Divina Provvidenza Papa XI. l'Anno secondo.

Constituito personalmente alla presenza di me Paroco; e de' Testimonii infrascritti Domenico Nicolini figlio del quondam Antonio della Terra N. Diocefi N. sano per la Dio gratia di mente, di senso, di loquela, e d'intelletto, benchè infermo in letto di corpo: considerando la brevità della sua vita, e che non c'è cosa più certa della morte, nè più incerta che l'hora di quella, e volendo perciò provvedere, che per causa de' di lui beni temporali da Dio concessigli non nascano trà i di lui congiunti, & Eredi dopo la sua morte liti, e discordie, hà risoluto di fare questo suo ultimo Testamento, chiamato dalla Legge nuncupativo, e senza scritto in ogni modo, e forma migliore, che per ragione tanto civile, quanto canonica può, e deve fare.

E primieramente lascia, e ridona con tutta la pienezza del suo Cuore l'Anima all'Onnipotente Fattore Iddio, pregando la Santissima Vergine Maria, l'Angelo suo Custode, ed il Santo del suo nome, che si degnino colla loro intercessione liberarla dall'insidie del Demonio, e d'impetrargli il perdono de' peccati, de' quali lo chiede allo stesso Dio di tutto cuore; accioche separata che sia dal Corpo vada à godere l'eterna vita nel Cielo: e morendo della presente infermità. Vuole, ordina, e dispone, che il suo Corpo sia portato alla Chiesa N. processionalmente

secor

secondo il rito, e costume della Santa Madre Chiesa, e col'accompagnamento, che piacerà all'infrafcritto suo Erede, & ivi sia sepolito nella Sepoltura N.

Item vuole,ordina,e dispone,che seguita la sua morte si facciano dal suo Erede celebrare immediatamente per suffragio della sua Anima Messe... nella Chiesa N., e Messe... nella Chiesa N.dando l'elemosina manuale di un Giulio per Messa.

Item lascia per ragione di legato, e per amor di Dio scudi cento cinquanta da distribuirsi dal suo Erede à tre Zitelle povere & honeste della Parochia N. nel tempo che si maritaranno ò monacheranno, cioè scudi cinquanta per ciascheduna per una sol volta, e da eleggerfi da monsignor Vescovo pro tempore.

Item lascia per ragione di legato, e per amor di Dio scudi..... alle figlie femine di N. & a ciascheduna di loro, se si monacheranno, da pagarfeli nel tempo della Professione, e non monacandosi, l'erede non sia tenuto a cosa alcuna.

Item lascia per ragione di legato, e per suffragio dell'Anima sua, e per amor di Dio, che ogn'anno per tre anni continui nel giorno della Domenica della Santissima Trinità si distribuisca à poveri un rubbio di grano panizzato.

Item ordina, e dispone, che ogni primo Sabato del mese si faccia celebrare all'Altare del Rosario de PP. Domenicani di N. una Messa per lo spatio d'anni trenta in suffragio dell'anima sua, e vuole, che l'elemosina di dette Messe si paghi con i frutti del Censo, che si trova imposto contro N.

Item lascia &c. (& sequatur si que alia sint legata.

In tutti gli altri di lui beni, mobili, stabili, denari, crediti, ragioni, & attioni in qualsivoglia luogo esistenti, & ad esso Testatore spettanti, & appartenenti, suo Erede universale institui, & instituisce, fa, nomina colla propria bocca, e vuole che sia N.N. compienaragione. E questo dichiarò, e disse essere, e vuole che sia il suo ultimo Testamento, cassando, & annullando ogn'altro, che precedentemente haveffe fatto, & ordina, e vuole che la presente disposizione della sua volontà vaglia non solamente come testamento, ma anche come codicillo, e donatione fatta per causa di morte, e disposizione à favore di Causa pia, & in ogni altro modo migliore; & hà pregato me Paroco infrafcritto, che in luogo di Notaro scriva la presente scrittura, siccome hò fatto presenti pregati, e chiamati N.N. & N.N. (qui si scribere nesciant, Parochus prosequendo dicat) i quali per non saper scrivere hanno fatto di loro mano il segno di Croce.

Io N. Paroco della Chiesa Parochiale di S.N. della Terra N. pregato hò scritto, e sottoscritto di mia propria mano il sopradetto Testamento il giorno & anno sudetto.

Io N. fui presente, e Testimonio pregato, e chiamato, à quanto di sopra mano propria.

Io N. fui presente, e Testimonio pregato, e chiamato, à quanto di sopra mano propria.

ADNOTATIONES.

1. **N**EL NOME DEL SIGNORE. Formula hæc fuit extensa vernacula lingua, non quia dubitaverim Parochos linguam latinam non callere: sed quia captui hominum popularium Pagorum, pro quibus ob penuriam Notario-

rum, ut plurimum Parochus vices supplet, magis congruere opinabar; tùm etiam quia cum interpretatio voluntatis Testatoris præsertim indocti sumenda sit à consuetudine, & communi loquendi usu Patriæ, ut dicit Barbof. vot. decis. tom. 2. lib. 3. vot. 98. num. 57. & duob. seqq. hæc regula vera re-

pe-

peritur, quando Testamentum est conditum lingua vernacula, secus si latina, nisi idem sensus resultet in utraque lingua, ut probant hæc mihi Mantic. *de con- fect. ult. volunt. lib. 3. tit. 8. num. 9. Rot. coram Dunoz. Jun. decis. 46. num. 28. & 29.*

2 **SECONDO IL RITO, E COSTUME DELLA S. CHIESA.** Quamvis unusquisque rei suæ sit moderator, & arbitrer: hoc fallit quando Testator disponit, quod est lege prohibitum: ideoque si in Testamento juberet, quod ejus Cadaver sepelliretur contra ritum, & morem Ecclesiæ, vel quod aliqua prophana in funere admitterentur, ejus voluntas tamquam inepta non esset servanda, quia egrederetur terminos rationis, ut communiter docent *Leo Thesaur. For. Eccles. par. 4. cap. 2. nu. 48. & seqq. Samuel. de sepult. tract. 1. disp. 6. contr. 15. num. 11. & seqq. Passerin. de stat. hom. tom. 2. quest. 187. art. 4. num. 464.*

3 **ATRE ZITELLE POVERE, ET HONESTE.** Hic poterit dubium moveri: An Episcopus qui habet facultatem à Testatore Puellas eligendi, possit eligere, & nominare eam quæ antequam essent contracta sponsalia ab Amasio comprimere, & violari passâ est? Et videtur prima facie, quod sic: quia cum Mulier, quæ occulto amore capta copulam habet cum Amasio, non dicatur inhonesta, nec infamis, adhuc retinet honestatem à Testatore requisitam. At contrarium tenendum est: quia licet non possit talis mulier connumerari inter meretrices, nihilominus honestatem, (quæ omnem turpitudinem excludit) amisit, ut bene declarat *Raynald. observ. crim. tom. 3. cap. 38. §. 1. n. 34. 35. & 36.* honestus enim dicitur, qui nihil turpitudinis habet, ut ait *Præfatus Lexicon.*

4 Et hoc teneas etiam si postea cum Amasio Matrimonium sequatur, quia per hoc mulier honestatem antea amissam non recuperat, sed deflorantem à pœna liberat: & Episcopus aliis pauperibus Virginibus, quibus jam fuit jus quæsitum, non poterit præjudicium inferre contra mentem Testatoris, nam *lesâ pudicitia deperit illa semel, Ovid. Epist. ad Parid.*

5 Si autem Testator vocaret Puellas pauperes, & Civiles, ab hoc legato non

excluderentur filiæ Mercatorum, neque artificum, ut respondit *Sacr. Congreg. Concilii in Romana subsidii Dotalis 29. Martii 1692.*

6 **NEL TEMPO, CHE SI MARITERANNO, O MONACHERANNO.** Item hic quæri potest (& non semel accidit) An istud legatum pro Monacandis, possit dari, & distribui ingredientibus aliquod Conservatorium in quo collegialiter, & in communi vivitur, sub observantia alicujus Regule cum emissione voti simplicis perseverantiæ, & castitatis, & habitus desertur Religiosus? *Ricc. collect. 1051.* in hac quæstione dicit sic—*prima opinio est Rotæ Siciliae Tesse D. Franc. de Castil. decis. 88. ubi dicitur, quod legatum relictum si nupserit, vel monachabitur, verificetur in Tertiariis Ord. S. Francisci, & similibus.*

Ciarlin. contr. 218. nu. 53. idem firmat his verbis—*quæ tamen diximus de ingressu Religionis procedunt etiam si mulier non efficiatur Monialis in monasterio Clausuræ, nam si verificetur tertiaria alicujus Religionis, adhuc poterit consequi legatum; & concordant Carol. de Graff. de effect. Cler. in prælud. n. 405. in fin. Capon. descept. 318. nu. 13. Cyriac. contr. 504. per tot.* quam conclusionem de quadam æquitate, & juris lata interpretatione sequi poteris, quoties legatum reperiat verbis conceptum prout in formula.

7 Verùm si legatum relinquatur pro Dote quando si Monachera, vel sub conditione solvendum—quando sarà la professione, tunc contrarium sequendum esset, quia cum in Tertiariis, & aliis Virginibus Collegialiter viventibus non verificetur verum Matrimonium spirituale, conditio Testatoris non diceretur impleta in nullo ex his duobus casibus; prout respondit *Sac. Congr. Episcop. in una Æfina; in qua Testator legatum reliquerat Nepti his verbis—lascio à Margherita mia Nipote scut. 200. di moneta d' Urbino da pagar seli dall' Erce per Dote, quando sarà monacata, ò maritata, frà il termine di due mesi, dopo il suo matrimonio, o Monacato, e non in altro modo: Et quamvis Puella legataria reperiretur ingressa in Conservatorio Virginum Montis Carotti Æfinæ Diœcesis, in quo servatur vita ferè*

ferè regularis excepta Clausura, sub Habitu, & votis simplicibus Tertiarium, & instaret contra hæredem legantis pro consecutione legati sub die 8. Junii 1696. referente clar. mem. Card. Petrucci rescriptum fuit. *In hoc casu legatum non deberi.*

8. An autem legatum relictum pro maritandis Puellis, possit dari Monacandis, & è conversò, quæstio dubia est; nam plures DD. tenent, quod tale legatum debeat indistinctè pro Matrimonio tam carnali, quàm spirituali: & è contra relictum pro Monacandis debeat nubendis, ex regula quod pari passu ambulent, & liceat de uno ad aliud arguere, inter quos est Sanch. *de Matrimon. lib. 1. disput. 33. nu. 32.* Lar. *de annivers. lib. 1. cap. 21. n. 26.* & 27. Carpan. *de execut. testam. lib. 3. cap. 12. num. 21.*

9. Verumtamen, quod regula procedat solummodo favore Matrimonii spiritualis, à quo ad carnale non liceat arguere, & quod legatum pro monacandis, non possit dari, & distribui nubendis in sæculo, tenet Ciarlin. *contr. 218. nu. 52.* rationem reddens, quia favorabilior, & potior sit status cælibatus, & Religionis, quàm conjugii carnalis, & hanc sententiam tamquam veriore amplexa fuit Sac. Congregat. Visitationis Apostolicæ particulariter deputata quinque Cardinalium ab Innoc. XII. super reformatione distributionum subsidiorum Dotialium Sanctissimæ Annunciationis de Urbe, visitatore clar. m. Card. Petruccio 16. Januarii 1696. & Sac. Congr. Concilii in Romana subsidiorum Dotialium 30. Maii 1699. Donat. *de regul. tom. 1. tract. 11. qu. 14.*

10. Si autem legatum esset relictum pro dotandis puellis, possit dari, & distribui pro augenda Dote etiam jam maritatis, tenet *de Pret. de interpr. ult. volunt. lib. 4. interpret. 1. dub. 12. n. 45.* & 46. *pagin. mihi 439.* & pro Dote Puellarum expositarum ejusdem loci, quia hæc præsumuntur ejusdem Patriæ, Bellett. *disq. Cler. par. 1. de discipl. Cleric. 6. 3. nu. 25.* quæ tamen in concursu verè originariæ exclusæ remanent.

11. SE SI MONACHERANNO. Legatum pro Monachandis, an debeat dari illis Puellis, quæ monachantur ex Monacelli Form. Pars I.

tra Patriam Testatoris? Casus fuit disputatus in una Amerina, in qua quædam mulier Tullia Geraldini hæredem instituerat Societatem Misericordiæ d. Civitatis cum onere solvendi subsidium dotale scut. 150. *per le Zitelle nobili, & honorato, che si vogliono far monache:* Et cum subsidium istud obtinuisset Nobilis Puella Barbara Vulpi animo in precibus expresso, professionem emittendi in Monasterio S. Jo. Evangelistæ ejusdem Civitatis, & postea transitum fecisset ad aliud Monasterium Terræ Lugnani, Confraternitas gravata, solutionem facere detrectabat duplici ex capite.

Primò, quia legatum Testatricis debebat intelligi de Puellis nobilibus monachandis in monasteriis ejus patriæ, non autem de exteris, ad tradita per Rot. coram Seraph. *dec. 1149. num. 8.* Peting. *dec. 358.* & *dicis. 378. utrobique. n. 1.* Ciarlin. *contr. 5. nu. 4.* & *contr. 24. n. 41.* Amostaz. *de caus. piis lib. 1. cap. 11. n. 24.*

Secundò, quia Puella Vulpi prælationem in concursu aliarum puellarum nobilium obtinuerat, ex quo exposuit in precibus (societati porrectis) velle monachari in monasterio patriæ, in quo tunc degebat; & sic cum promissa non adimpleret, non poterat in præjudicium concurrentium subsidium dolosè extortum consequi.

12. His tamen oppositionibus non obstantibus, proposita causa in Sac. Congr. Episcoporum. per clar. mem. Card. Petruccium, die 15. Maji 1699. partibus informantibus fuit rescriptum. *Subsidium Dotale deberi Barbaræ Vulpiæ:* Ratio præcipua resolutionis fuit, quia testatrix non respexit ad locum, sed ad monacharum, qui æque benè amplectebatur per Vulpiam in Monasterio Terræ Lugnani, ac si professionem emisisset in Monasterio Patriæ. Authoritates verò, quæ allegabantur in primo objecto, visæ fuerunt non obstare, quia loquuntur de legato facto per Testatorem Monasterio, sive Ecclesiæ in genere, absque expressione, & determinatione loci, firmantes tunc deberi Monasterio, sive Ecclesiæ Patriæ Testatoris, quod nihil commune habet cum casu proposito.

13. SI DISTRIBUTUISCA A POVE-

V VE-

VERI. Huic clausulæ favent mox declaratae auctoritates, nempe quod legata pia relicta Ecclesiis, vel pauperibus in genere, danda, & distribuenda sunt illis Patriæ Testatoris, in qua Domicilium habebat, *l. que conditio, §. cum ita, ff. de cond. & demonstr. si quis ad declarandam, §. ubi autem, Cod. de Episcop. & Cleric. Anchar. conf. 214. nu. 12.* & aliis locis piis, qui veniunt sub nomine pauperum, Jo. Andr. in *cap. fin. n. 6. de testam. in 6. Azor. instit. moral. par. 3. lib. 4. cap. 26. qu. 3. Reginald. in prax. for. poenit. lib. 10. tract. 2. n. 196. Trulench. in Decal. lib. 7. cap. 14. dub. 4. n. 2.*

14. Immo & Clericis, qui veniunt sub nomine miserabilium personarum, Vivian. de *Jurepat. par. 2. lib. 6. cap. 1. num. 92.* Et ideo in Urbe admittuntur à Cardinali Vicario ad miserabile beneficium *cap. Odoardus de solut. non obstante obligatione Camerali, absque alia Papæ commissione, ut declaravit Sac. Congregat. Concilii, ad quam Innoc. XII. articulum examinandum remiserat in Romana cap. Odoardus 12. Aprilis 1698.* Non veniunt tamen sub nomine Religiosorum præsertim in poenalibus, Abb. in *Clem. cupientes num. 3. de poen.*

15. Et si adsunt Consanguinei pauperes Testatoris, isti juxta ordinem charitatis præferri debent, *cap. non satis 86. dist. Castro. oper. moral. tract. 6. de char. disputat. 1. punct. 10. nu. 1. & seq. Mant. c. de conject. ult. volum. lib. 8. tit. 3. nu. 16. & 17. Rot. decis. 89. nu. 4. & dec. 171. coram Duran. & dec. 14. num. 21. coram Arguell.*

16. In distributione autem aliis pauperibus facienda, qui sint eligendi, videas Gonzal. ad *reg. 5. Cancell. glos. 2. à n. 54. cum pluribus seqq. Barbof. de offic. & pot. Episc. alleg. 83. nu. 22. & seq.*

17. **SI FACCIACELEBRARE UNA MESSA.** Missas, quas Testator celebrandas reliquit in Ecclesia Regularium, celebrari debere ab ipsis Regularibus, & non à Sacerdotibus sæcularibus ab Hærede deputatis, decisum fuisse refert Nicol. lucubr. *can. lib. 3. tit. 31. de regul. post n. 15. vers. contrarium dicendum.*

18. At contra assertionem Nicolii stat Decretum nuper editum à Sac. Congregatione Concilii (ad quam pertinet hoc

declarare) in *Maceraten. 15. Martii 1692.* contra PP. Mi. Conventuales Terre Montis Miloni, in qua decisum fuit electionem Cappellani pro celebratione Missarum in Ecclesia eorundem Regularium per Testatorem non factam, spectare ad hæredem, non obstante opinione Nicolii.

19. Quatenus verò Regulares patientiam, & commodum pro celebratione Missarum Sacerdoti sæculari deputato præstare nollent, tunc conceditur oneris translatio ad aliam Ecclesiam, prout *Sac. Congr. Episc. indulgit in Nullius Castri Durantis 11. Aprilis 1615. & in Burgi S. Sepulchri 7. Octobris 1617.*

20. **IN SUFFRAGIO.** Si Testator Missam Votivam, vel de Requiem non prescribat, poterit Sacerdos pro suffragio Animæ illius Missas concordantes cum Officio celebrare, immò & debet, cum sensus, & voluntas Ecclesiæ sit, ut Missa concordet cum Officio, cui sui fideles omnes se conformare debent, nisi ex rationabili causa ab Ecclesiæ lege recedant, aut Cappellanus Sacerdos aliter in acceptatione oneris Missarum non mittat, ut docet Gavant. *Thesaur. Sacr. rit. part. 3. tit. 12. de obligat. Sacerdot. circa Miss. num. 20. cum trib. seqq. cum ex opere operato idem sit valor in omnibus Missis.*

21. **CONIFRUTTI DEL CENSO.** Frequens, & quotidiana est inquisitio an redditus legati Missarum diminuti, aut deperditi, reducendæ sint Missæ, vel potius eorundem reddituum deficientiæ, ex aliis bonis hæres supplere teneatur. Et dubii resolutio exurgit ex illa inspectione, an scilicet legatum speciei, vel quantitatis, dicatur factum taxativè, vel demonstrativè.

22. Si enim legatum Missarum incipit ab onere prout in formula, & postea assignatur species, vel quantitas, tunc dicitur factum demonstrativè, adeo ut si redditus diminuatur, vel pereant, hæres teneatur aliunde supplere: Si verò incipit à specie, seu quantitate, & postea imponitur onus Missarum, & tunc dicitur stare taxativè, & hæres ad supplementum non teneatur, sed fiat locus reductioni, ut distinguit Tondut. *quæst. be-*

nefic. tom. 2. par. 3. cap. 162. num. 5. & seqq. cui adhæret Chrisp. de visit. part. 2. §. 18. num. 6. & distinctionem hanc sequuta est Sac. Congreg. Concilii in Sarzanen. 21. Junii 1692. & in Romana celebrationis Missarum 31. Martii 1696. cujus est auctor Felin. in cap. super litteris n. 4. de rescript. quæ licet regulariter vera sit, adhuc decisio aliquando pendet etiam ex aliis conjecturis Testamenti, ex quibus contraria Testatoris voluntas relevatur.

22. Immo si credendum esset citato Tonduto quodammodo sibi contrario n. 7. sive legatum incipiat ab onere, sive à quantitate, cum agatur de causa pia, & favorabili, semper hæres teneretur supplere, ut ibi -- præterea cum agatur de causa pia, & favorabili, quo casu designatio illius summe censetur facta demonstrativa, ut fufius comprobavimus supra par. 1. cap. 90. ubi plures allegavimus, sed nominatim, Ferrer. ad Guid. Pap. q. 8. ubi dicit indistincte, sive gratia taxationis, sive demonstrationis summa relicta fuerit, & sive ab onere, sive à quantitate inceptum fuerit, sive in eadem, sive in diversis orationibus, semper debere fieri augmentum stipendii Missarum, atque ita in Senatu Tolosano judicatum, &c. ubi dicitur in similibus legatis distinctionem illam taxationis, aut demonstrationis locum non habere.

24. Verum Tondut. in hoc fallitur, & ejus sive Ferrerii ad Guid. Pap. assertio nimis probat, & nihil probat: Nam Sac. Congreg. Concilii (cujus judicium in hoc attendendum venit) quotidie præfatam distinctionem sequitur, & amplectitur, nisi aliter lectura Testamenti suadeat, ut præter Decreta nuper supra allegata, patet ex aliis recentioribus in Aesina legati 4. Martii, & in Cremon. reductionis Missarum 17. Augusti 1697. in Romana Reductionis Dotum 19. Februarii, & in alia Romana Reductionis Missarum 18. Junii 1701.

25. Si autem legato Missarum, sive beneficiato, reperiat adjunctum onus dandi etiam elemosynas, vel celebrandi tot anniversaria, aut Choro interessendi, in casu diminutionis reddituum, potius reducendæ erunt elemosynæ, & Anniversaria, quàm Missæ, & potius Chori residentiam tollere melius erit, quàm Missarum celebrationem; & ratio horum

est: tum quia plus suffragii capit Anima defuncti ex celebratione decem Missarum, quàm si pro eadem fiat elemosyna, vel Anniversarium, aut cantetur una Missa, ut advertunt Fagnan. in cap. ex parte n. 34. & 39. de const. Passer. de stat. hom. tom. 2. q. 187. n. 1095. & seqq.

26. Tum quia Missarum celebratio excellentior est Chori assistentia, Garz. de benef. part. 7. cap. 1. num. 126. Romagner. ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 17. num. 19. & 20. ubi dat concordantes: Tum demum quia cum voluntas Testatoris impossibilitate facti impleri in totum non valeat, adimplenda videtur in ea parte, quæ ipsi utilior est, ut perduret, prout sunt suffragia Missarum, ex egregiè perpensis à Fagnan. in d. cap. ex parte de const.

27. DENARI. Licet pecunia veniat nomine mobilium, Gratian. discept. 817. num. 1. Rot. decis. 259. n. 1. par. 11. Nihilominus in legato, sive institutione hæredis semper exprimi specialiter debent nummi: quia regula, quod hi veniant nomine mobilium, procedit quando mobilia generaliter absque ulla loci adjectione sunt legata, & relicta: Non autem in legato mobilium Domus, aut alterius loci determinati, quia tunc pecunia nisi exprimat non comprehenditur; ut communiter tradunt Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 3. Castil. de usufr. cap. 38. num. 22. Cæsar. de Grass. dec. 149. de don. Card. de Luc. de legat. disc. 5. Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 9. qu. 5. n. 59. & 60.

28. CON PIENA RAGIONE. Clausula hæc nunquam erit à Parocho omittenda, quia si hæredis institutio verbis directis, forte per oblivionem, vel incuriam deficeret, per hanc remaneret suppleta, ut dixit Joseph. Ludovif. decis. Perusin. 61. n. 35. par. 2.

29. MA ANCHE COME CODICILLO. Clausula ista multum juvat, & præsertim excusat Parochum à rogatione Testium, ut firmavit Rot. coram Priolo, cujus decisio reperitur impress. post Zuff. de legit. Process. dec. 71. n. 7.

30. IN LUOGO DI NOTARO. Parochus adhibetur loco Notarii, ut dicit Mart. de success. legal. part. 4. art. 8. num. 31. Barb. in cap. Cum esses de Testam. in sexto;

Et Testamentum ab eo conscriptum coram duobus Testibus est validum in Terris Ecclesiæ, & alio quocumque loco, in Foro Ecclesiastico, tam in piis, quam prophanis causis, vigore *cap. Cum esses de Testam. ex plenè deductis à Rot. cor. Cerro dec. 338. n. 1. & 2. & dec. 728. n. 1.* Et tam in Testamento Testatoris infirmi, quàm sani, ut firmant Fagnan. *in dict. cap. Cum esses n. 68. & seq. Card. de Luc. de Testam. disc. 45. n. 20. Rucc. disp. select. cap. 40.* Et etiamsi instituatur hæres ejus Ecclesia, Thomat. *dec. 247. num. 37.*

31. Quod ampliatur in Confessario Ordinario Testatoris, qui succedit loco Parochi, Card. de Luc. *d. disc. 25. n. 17. & 22. Rot. Cor. Cerr. dec. 9. nu. 2.* Ac in Parocho alienæ Parochiæ, Rot. *dec. 372. par. 9. recent.* & in substituto Parochi, ead. Rot. coram Otthob. *dec. 145. & dict. dec. 372. nu. 19. & 20. par. 9.* Et hoc fit jure Canonico, quia præsentia Sacerdotis excludit omnem præsumptionem falsitatis Host. *in dicto cap. Cum esses n. 6. in fin. Bellet. disp. Cler. par. 1. tit. de Cleric. Teste §. 1. nu. 1. & 2.*

32. Verùm enimverò disceptatur, an Parocho vita functo, antequam Testamentum in publicam scripturam sit redactum, fidem mereatur, & exequendum sit. Et pro negativa est doctrina Host. *in c. Si Instrumenta n. 2. & 5. de fid. Instrum. 3.* ubi dicit, quod Testamentum scriptum manu alterius, quàm Notarii publici, ut fidem faciat, requiritur, quod in formam publicam auctoritate Judicis redigatur, & quod Testes inscripti jurent, quod ita fuit, sicut in scriptura exinde confecta, quæ eis legatur continetur, quod verum putat etiam in terminis Testamenti Parochi, Tondut. *qu. Civil. tom. 1. par. 2. cap. 81. n. 1. & 2. Rot. dec. 126. n. 3. & 4. par. 6. Recent.* quæ sæpè super hoc allegatur.

33. Et ratio hujus negativæ conclusio- nis ea est, quia scriptura per Parochum confecta est privata, & eget publicatione, mediante ipsius Parochi, & Testium examine, sive Officio Judicis, Tusch. *lit. T. concl. 107. nu. 3.* sive ad instantiam hæredis scripti, sive Legatariorum, & aliorum interesse habentium, Panimol. *dec. 90. ad- not. 1. n. 21.* cum aliis ab eo allegatis.

34. Attamen quamvis hæc sententia,

videatur communis, dantur adhuc casus, in quibus Testamentum Parochi meretur fidem, & exequi debet, non obstante, quod eo vivente non fuerit publicatum. Et primò, si in loco adesset consuetudo, quod Parochus pro Notario habeatur, & tamquam talis, rogare se soleat de Testamento, & absque alia publicatione reponerentur in publico Archivio, cum illorum executione, & observantia, juxtà terminos casus super quo consultus scripsit Card. de Luc. *de fidei com. discurs. 180.*

35. Secundò, quando defuncto Parocho, ex speciali Judicis commissione Testamentum legaliter confectum, & absque ullo vitio inter scripturas Parochi reper- tum, releverit in publicam scripturam cum causæ cognitione, hoc est per examen Testium superviventium, & manus Parochi recognitionem, ex traditis à Tusch. *dicta conclus. 107. num. 4. lit. T.* Nam tunc confitio de veritate scripturæ non vitiat, de subscriptione Parochi, & de concordia Testium, nulla potest assignari ratio, cur dispositio Testatoris debeat deperire: Mors enim Parochi ante publicationem sequuta potius auget, quàm minuat fidem scripturæ privatæ illius, ut inquit Rot. *dec. 97. n. 13. par. 14. recent.*

36. Quod secùs dicendum esset in casu obitus ante publicationem unius ex duobus Testibus adhibitis, & descriptis, quia tunc non posset fieri publicatio Testamenti examine Parochi, & unici Testis superstitis, cum non sint in numero sufficienti à jure requisito *in dicto cap. Cum esses, Tusch. dicta lit. T. conclus. 109. num. 39.* sed Testamentum tali casu in totum corruit, ut expressè tenet Abb. *in cap. ultimo de fid. Instrum. in fin.* Disparitas autem est, quia cum Parochus adhibeatur loco Notarii, & per modum circumstantiæ qualificantis Testimonium duorum, vel trium Testium; ut observat Barbof. *in dict. cap. tum esses de Testam. num. 7.* Hinc est, quod confitio de Testamento ab eo conscripto, morte ante publicationem superventa, ejus examen per ipsam scripturam bene suppletur: At Testis cum debeat in examine super tenore Testamenti cum scriptura Parochi concordare, ex firmatis *in decis. 317. num. 32. part. 12. & dec.*

¶ *dec. 275. nu. 3. par. 13. Rec.* Sequitur, quod illius depositio post mortem suppleri non valeat per recognitionem manus, si-
vè signi Crucis, Abb. *in cap. final. nu. 10. in fin. de fid. instrum.*

37. Tertio, Testamentum Parochi sustineretur eo mortuo non facta publicatione, quando esset conditum favore liberorum, quia tunc Testamentum non subiacet solemnitatibus juris positivi, sed solum naturalis, cum ex ordinata charitate procedat, ut hæreditas Patris transeat in filios, Tondut. *quæst. Civil. tom. 2. par. 2. cap. 131. n. 3. & 4. Card. de Luc. de Testam. disc. 26. n. 17. & disc. 75. n. 18.* Et sic duo Testes contestes quos in Testamento aliena manu, quàm Testatoris conscripto, etiam inter liberos jus requirit Rot. *coram Buratt. dec. 616. n. 5. & seq.* poterunt tunc examinari, & publicari, ut in secundo casu.

28. Quarto, si Testamentum esset conditum favore piæ causæ, quæ favorabilior est causa liberorum, Rot. *dec. 475. nu. 1. & seq. coram Buratt.* vel essent ejusdem favore relicta legata, Rot. *coram Bourlemont in Casaraugustana Testamenti 14. Februarii 1678. Amostaz. de caus. piis lib. 1. cap. 11. num. 4. & 5.* Et tunc diceretur conditum ad piæ causas, non tantum quando pia causa esset primo loco instituta sed etiam substituta, ut reprobata opinio contrarium tenentium in casu substitutionis pleno calamo firmat Rocc. *disp. select. 35. n. 48. & 49. t. 1.* vel legata pia majorem partem hæreditatis absorberent Ad-
den. ad Buratt. *dec. 475. n. 18.*

39. PRESENTI, ECHIAMA-
TI. Testes in Testamento condito per Parochum debent esse rogati, vel aliquid aliud intervenire, quod rogati virtualiter æquipollet, Grat. *discept. 93. num. 1. & seqq. Fagnan. in cap. cum esses de Testam. num. 17. & seqq. Rot. cor. Cerro dec. 9. nu. 9. & seqq.* Hoc tamen non exigitur in testamento ad piæ causas, Amostaz. *de caus. piis lib. 1. cap. 6. num. 9. & 10.* nec in Testamento condito ad favorem pauperum, Leoncil. *de priv. pauper. par. 2. priv. 388. num. 28.*

40. Item prædicti Testes debent esse mares puberes, & non foeminae (nisi si-
mus in testamento ad piæ causas) &
Monacelli *Form. Pars I.*

idonei, quod non possint ulla legitima excep-
tione repelli, Rot. *dec. 58. & dec. 62. utrobique nu. 7. post Zuff. de leg. Process. Si enim Parochus, vel Testes essent in aliquo suspecti, eorum fides, & Testamentum vacillaret, ut dicit Host. in dicto cap. cum esses n. 7. de Testam. Rot. dicta dec. 58. n. 3. post Zuff. quæ est Celsi dec. 351.*

41. Si autem Testes scribere nesciant sufficit (ut jam in formula admonuimus) quod faciant signum Crucis atramento manu sua, quæ est loco subscriptionis, ut docet Tusch. *litt. 5. concl. 760. n. 7.* & ubi adest copia Testium habiliū, curet Parochus, quod sint tres, ut si illorum unus ante Testamenti publicationem obiret, alii duo pro publicatione faciendâ remaneant.

42. IL GIORNO, ET ANNO
SUDETTO. Certum tempus conditi Testamenti debet exprimi: Immo diei certæ appositionem esse necessariam pro validitate, etiam in Testamento inter liberos, de communi tenet Mart. *de succes. legal. par. 4. q. 7. art. 3. nu. 15.*

43. E TESTIMONIO PREGA-
TO. Si Testes quos Parochus adhibet scribere sciant, ad abundantio-
rem cautellam, in eorum subscriptione testentur se fuisse rogatos. Ceterum si tantum se fuisse præsentem in subscriptione asserant, hoc sufficit pro certitudine eorum adhibitionis ad hunc actum: Quia qui dicit se fuisse præsentem, dicit quoque vidisse, & audivisse, Text. est in *l. coram Titio ff. de verb. signific. Bertac. in repert. verb. præsentia vers. 2. & 3. pag. mibi 159. Glor. in cap. in primis verb. præsentem 2. quæst. 1. Barbol. dict. 71. num. 2.*

44. Praxis autem publicandi Testamentum Parochi, quam tangit Tusch. *litt. T. concl. 109. num. 5.* talis est: Hæres institutus, vel alius, cujus interest, instat coram Judice Ordinario competente pro examine Parochi, & Testium, qui Testamento interfuerunt ad perpetuam rei memoriam, ut postquam fuerint examinati eorum dicta publicentur: Tum Judex accersitis Parocho, & Testibus, si super toto tenore Testamenti deponant concorditer, voluntatemque Testatoris esse eandem, quæ inscriptura per Parochum exhibita continetur, tunc citatis iis, quos tangit cau-

causa intestati, si sint in loco, & preservatis juribus absentibus, pronunciat Testamentum esse validum, & publicatum.

45. Hunc publicationis Processum fieri debere coram Judice sæculari, si Testator sit Laicus, & nisi legata pia absorbeant majorem partem hæreditatis, asserit, & firmat Panimol. *decif. 90. adnot. 1. nu. 22. & 23.* Verùm quia DD. quos ipse allegat, assertum mihi non probant, absolute tenendum contrarium moror: Nempe quod hic processus, sive Testator sit Laicus, sive Clericus, valide fieri possit coram Judice Ecclesiastico, ita tenet Felini. *in cap. Si Instrumenta num. 3. de fid. Instrum. cujus auctoritatem præferendam esse (tute credidi) Panimolle: Verba autem Felini sunt sequentia: Potest autem exemplatio fieri coram Ecclesiastico, nedum inter Clericos, sed inter Laicos, non solum pro rebus Ecclesiasticis, sed etiam merè temporalibus, si sint in Terris Ecclesie; Si autem in Terris Imperii, merè temporalia exemplabuntur coram Sæculari, alia autem pia coram Ecclesiastico, etiamsi esset Testamentum non in piam causam, quia interest Ecclesiastici, quod Testamenta adimpleantur, & facit, quod habetur per Host. & alios in cap. Joannes de Testam. ubi dicitur Ecclesiasticum esse competentem pro executione quorumcumque Testamentorum. Huic doctrinæ Felini, quæ punctualis esse videtur adhærere quoque Tondut. *quest. Civil. tom. 2. part. 2. cap. 131. num. 11.**

46. Immo addo, quod non solum Testamentum Parochi (etiam hæredè Laico instituto) poterit, sed debet coram Judice Ecclesiastico in publicam formam relevari: Quia cum Clerici nequeant coram Judice Laico subjici examini, neque juramentum suscipere absque licentia proprii Episcopi, ut per *Text. expressum in capit. Quamquam 14. quest. 2. & in cap. 1. de juram. calum. communiter firmant ib. Canonistæ, Leo Thesaur. For. Eccles. cap. 11. n. 9. Bellett. disq. Cleric. tit. de Cleric. Testam. §. 2. num. 1.* Sequitur quod Processus publicationis hujusmodi, in quo requiritur examen Parochi, & Testium confici debeat in Tribunali Episcopi: Nisi forte per eum in Synodo, vel extrà detur Parochis facultas spontè comparendi coram Judice

Laico ad faciendam talem publicationem: Tunc enim juramentum diceretur voluntarium, & ex libera, & non coacta Parochorum comparitione susceptum.

47. Advertendum ulterius, quòd ubi adesset consuetudo suscipiendi juramentum Clericorum apud acta Judicis, vel in manibus personæ Ecclesiasticæ, antequam deponant in foro sæculari, prout indistinctè ita fieri debere mandant Decreta Sac. Congregat. Episcoporum, quæ refert Nicol. *in fosc. verb. Clericus nu. 35. & in lucubr. Can. lib. 2. tit. 20. n. 46.* & in pluribus locis laudabiliter servari vidisse testatur Petr. Paul. Guazzin. *in tract. ad defens. animar. lib. 2. def. cap. 28. n. 11.* præter licentiam Episcopi, deberet Parochus, juramentum in publicatione Testamenti exigendum, in manibus personæ Ecclesiasticæ suscipere, Sperell. *dec. 50. n. 4. in fin.*

48. Et quamvis Parochi examen, & juramentum (sive spontaneè, sive vocatus) ad prædictum, vel alium effectum receptum, & respectivè præstitum in foro sæculari absque licentia Episcopi, sit validum, & efficax, Bellett. *ubi supra n. 3. Passerin. Tribun. Regul. quest. 11. n. 35. Pirhing. in jus Can. lib. 2. tit. 20. nu. 60.* Nihilominus potest Parochus ab Episcopo pœna arbitraria puniri, si hoc attentaverit, ut dicit Bellett. *disq. Cleric. tit. de pœn. Cler. §. 5. n. 14.* Et propterea videtur concludendum, quod publicatio supradicta pertineat ad Judicem Ecclesiasticum privativè.

49. Verùm enim verò, hæc potius ad ornatum addenda censui, quàm ad destruendam conclusionem superius ex Felino firmatam; quod nempe Processus publicationis Testamenti Parochi, sive hæres sit Laicus, sive Clericus, aut causa pia, valide, & licitè fieri possit in utroque foro (dummodò Testes non sint Clerici) quam iterùm ex aliis mox subjiciendis rationibus (forsan ab aliis Authoribus non tactis, aut neglectis) iterùm confirmo.

50. Primò, quia cum Parochus assumatur ad scribendum Testamentum tamquam Testis auctorizabilis, de quo valde confidunt Canones, ut dicit Fagnan. *in cap. Cum esses n. 31. de Testam.* Hinc fit, quod ad illud publicandum dicatur Licentiatu à jure coram quocumque Judice ab-

que

que alia Episcopi venia, ut loquendo de juramento Clerici in foro sæculari ex aliqua necessitate præstando, bene distinguit Abb. in cap. 1. n. 18. de juram. calum.

51. Secundò, quia cum Clerici in conficiendis instrumentis, & aliis quibuscumque contractibus, ex generali consuetudine adhibeantur in testes sine licentia Superioris, seu Episcopi, ut monet Pirhing. in jus Can. lib. 2. tit. 20. n. 60. Hinc oritur, quod Parochus adhibitus in Testamento quod sub nomine, & appellatione contractus continetur, Afflic. dec. 260. n. 6. & 9. Cyriac. contr. 426. num. 31. possit, si velit ad illud confirmandum coram Judice Laico comparere, inconsulto Episcopo, & licite, jureque super illius veritate, & contentorum in eo Juramentum suscipere, ut firmat Abb. loco nuper citato n. 17. in fin. cum ex natura negotii firmitas contractus aliundè haberi non possit.

52. Tertiò, quia sicuti ex Testamento condito etiam favore piæ causæ, possunt Legatarii, aliivè interesse habentes, petere relicta, vel à Judice Ecclesiastico, vel à Judice sæculari, cum sit causa mixti fori, ut notat Pirhing. in jus Can. lib. 3. tit. 26. n. 22. notab. 2. ita erit in optione eorundem, vel hæredis publicationem, & revelationem Testamenti promoveri, & perficere (Parocho annuente) in uno, vel altero foro ipsis bene viso, saltem de consuetudine, de qua testatur Hostien. in c. ultimo n. 2. de fid. instrum. & cum hac opinione pertransit Pignat. cons. Can. 2. n. 47. & cons. 11. num. 27. tom. 5.

53. Neque obstat Text. in l. consulta Cod. de Testam. ubi habetur, quod publicatio Testamentorum ad Ecclesiasticos non pertineat: Quia præterquam quod Text. loquitur expressè de aperitione Testamentorum solemnitate civili conditorum, quod est diversum à revelatione, & publicatione Testamenti privati, manu Parochi conscripti, & juri civili absconditi; cum solemnitas publicationis jure civili requisita esset faciendæ coram solo Magistro census, ad hoc, ut Respublica de vigesima hæreditatis illi debita non fraudaretur, hodieque publico Aerario hæc quantitas amplius non solvatur, sublata quoque remanet illius Text. dispositio, ut respon-

dit Capon. discept. for. 191. num. 9.

54. Et quamquam non ignorem Ciarl. contr. c. 21. nu. 15. & 18. tenuisse publicationem Testamenti scripti à privato faciendam esse coram Judice Laico quando causa non est pia: Attamen respondetur, quod auctoritates, quas pro se allegat Ciarl. assumptum completè non probant, ut ipsemet agnoscere videtur d. n. 15. Et quatenus per possibile ejus doctrina vera esset in Testamentis manu cujusvis alterius privati Scriptoris (de quo loquitur) confectis, locum habere non potest in Testamento Parochi, quamvis causa non sit pia. Cum enim Parochus sit Testis ultimæ voluntatis qualificatus à jure, & magis dignus, utique ratione individuitatis Processus publicationis, trahit ad suum Forum Ecclesiasticum (si velit) alios Testes adhibitos tamquam minùs dignos, ad Text. in c. Quando de judic. cum aliis plenè allegatis à Græs. de effect. Cler. effect. 1. n. 132. 137. & 138.

55. Neque obstat regula, in qua Ciarl. se fundat, quod nempe Judex causæ principalis, debet esse quoque omnium, quæ ad causam spectant, ut n. 4. & seqq. Quia regula bene procedit quoties actus preparatorii judicii fiunt à partibus forum eligentibus ad litem contestandam, & adest aliqua connexio causæ preparantis ad preparatæ; non autem quando Judex aditur à Parocho, sive etiam alio privato Scriptori Testamenti unà cum Testibus, non ut litem introducât, sed ut voluntas testatoris ipsius Judicis interlocutione firmata & approbata publicetur: Tunc enim licet pro validitate actus requiratur citatio venientium ab intestato, hoc fit, non ut lis cum illis contestetur, sed ut compareant quatenus sua putaverint interesse. Quibus propterea per hoc non tollitur electio Judicis, quæ eis datur à jure super meritis causæ, ut bene advertit Tondut. de præv. lib. 1. c. 24. n. 11.

56. Sitque igitur Corollarium, publicatio Testamenti Parochi (dummodò Testes non sint Clerici, quia tunc ad Ecclesiasticum pertineret) potest ipso volente, indistinctè fieri in utroque foro: Tùm quia est actus potiùs extrajudicialis, quàm contentiosus: Tùm quia expedit, quod voluntates Testatorum in toto ponantur, & serventur omnibus modis, c. ultima voluntas

13. q. 2. Tùm demùm, quia Parochus tamquam Testis necessarius dicitur Licentia- tus à jure ad comparandum etiam coram Judice Laico ultroneè, ne ex dilatione publicationis Testamenti damnum ali- quod scriptis hæredibus contingat, Sperell. dec. 50. n. 16. Reipublicæ enim interest, ut ultima defunctorum elogia sublineantur, & effectum sortiantur, per Text. in l. vel negare ff. quemad. Testam. aperiant, dicit Cyriac. contro. 407. num. 127.

57. At si hæres institutus in Testamen- to Parochi esset absens, nec loci pii Offi- ciales, neque alii quorum interest non comparerent pro publicatione facienda; Episcopus ex officio, ut superius tetigi, debet curare, Promotore Fiscali instante, ut publicetur, tamquam Executor à jure datus omnium legatorum, & piarum di- spositionum, cap. Tua nobis de Testament. Tuch. litt. E. conclus. 293. Et ad hunc effe- ctum ne Testatorum placita frustrentur, statuere debet in Synodo, quod Parochi, qui Testamenta conscripserunt, deferant infra unum, vel duos menses à die conditi elogi ad Cancellariam Episcopalem copiam illius authenticam sub pœna . . . ad hoc, ut negligentibus interessatis, & vocatis in publicatione petenda, possit ipse ex officio eorum incuriam supplere, & danina, quæ locis piis, & pauperibus pro- pter Parochorum negligentiam inde fre- quenter eveniunt, evitare. Hæc autem, quæ hic de Testamento Parochi summa- tim perstricta sunt, non contemnas, quia alibi facile non reperies.

58. Episcopus quoque ubi viget consue- tudo, prout servatur in pluribus Regni Neapolitani Provinciis, condit Testa- mentum pro Anima defuncti ab intestato, si habeat in bonis usque ad summam ducatorum centum, juxta formam litterarum Sac. Congr. Episcoporum pro eodem Regno emanatis 18. Augusti 1687. quas approbavit, & exequi mandavit pro eadem summa Sac. Congr. Concilii in Bovienn. 5. Maii 1696.

59. Si quæras, an Testamentum mi- nus solemne, nec juris solemnitatem ha- bens, sit servandum in foro conscientie? respondeo, quod dubia est questio: Nam Mantie. de conject. ultim. volunt. lib. 2. tit. 14. cum numero quamplurimorum classi-

corum DD. & solidarum rationum suffi- net affirmativam.

Bonac. verò cum Sanchez de Matr. lib. 1. disput. 7. & aliis, tenet negativam, ex illo principio, quod dùm lex contractui resistit, nulla oriatur obligatio naturalis; d. contr. disp. 3. q. 1. punct. 3. n. 5. & q. 7. punct. 5. n. 5. Præterquam favore piæ causæ. Tu autem consulas Theologos, & tutiorem sequire.

60. Et adverte, quod publicatio Testa- menti differt ab apertura: Quia publicatio tunc fit quando Testamentum manu pri- vati (prout est in Parocho) confectum redigitur in formam publicam, ut scriptura plena fides adhibeatur: quæ fieri debet, ut jam tetigi supra coram Judice pro Tri- bunalibus sedentes vocatis interesse habenti- bus, & Testibus examinatis, ipsoque Ju- dice interloquente, scripturam Testamen- ti pro publica habendam esse, ad tradita per Innoc. in cap. ultimo num. 1. de fid. in- strum. Cardin. de Luc. discours. 4. n. 9. de Testam. Apertura verò ad eum solum fi- nem desideratur, ut inde appareat, qui sint scripti hæredes, & qui legatarii, ut bene distinguit Capon. discept. forens. 291. n. 1. & seqq. Proptereaque dici solet, quod instrumenta authentica exemplantur, non authentica verò pulcantur, Host. in cap. ult. n. 4. de fid. Instrum.

61. Secundo, quod legata pia debentur ex Testamento etiam nullo, & quam- vis hæres hæreditatem non adiverit, vel hæredis institutio habeatur pro non facta, aut pro non scripta, ut tenuit Rot. coram Bourlem. in Casar. augustana Testamenti 14. Februarii 1678. §. Etiam si, Amostaz. de caus. piis lib. 1. cap. 11. n. 4. & 5.

Protestationis fidei à Parocho In- firmis morti proximis suggerendæ.

FORMULA XX.

SUMMARIUM.

1 Traditur modus disponendi Infirmos morti proximis, & n. 2.

Crede-

Credete fratello carissimo fermamente tutti gli Articoli della Fede Christiana da Dio rivelati alla Santa Romana Chiesa Cattolica per mezzo de' Santi Apostoli, e ciò ch' insegna, e professa la medesima Santa Chiesa? *R.* Credo.

Detestate, riprovate, e condannate tutte l'empie Eresie, le quali maledice, riprova, condanna, e detesta la Santa Madre Chiesa? *R.* Riprovo, e condanno.

Volete morire nella fermezza della Santa Fede Cattolica, come vero, e fedelissimo Christiano? *R.* Voglio.

Amate di tutto cuore Iddio sopra tutte le cose, e desiderate d'amarlo coll'affetto, col quale è amato, servito, e riverito da i Beati del Paradiso? *R.* Amo, e desidero.

Conoscete di haver offeso nel corso della vostra vita S. D. M. l'Anima vostra, & il vostro Prossimo più volte? *R.* Conosco.

Vi dolete di cuore di tutte le offese in qualunque modo commesse contro la suprema Maestà di Dio Signor Nostro, contro l'Anima vostra, & il Prossimo? *R.* Mi doglio.

Vi pentite di tutto cuore d'essere stato così ingrato al Creatore, e Redentore Nostro di tanti beneficii a voi conceduti per salute dell'Anima vostra? *R.* Me ne pento.

Conoscete il bisogno, che avete della misericordia infinita, e grazia del Signor Iddio per la remissione, e perdono de' vostri peccati? *R.* Conosco.

Sperate, che Giesù Christo vi sarà favorevole, accioche entriate in Paradiso, per la sua infinita clemenza, e per li meriti della sua acerbissima Passione? *R.* Spero.

Sperate, che per l'intercessione della Beatissima Vergine Madre di Dio, e vero refugio de' Peccatori, e per le preghiere de' Santi vostri Avvocati, e dell'Angelo vostro Custode, arriverete a godere l'eterna gloria nel Cielo? *R.* Spero.

Sopportate patientemente per amor di Dio, e per conformarvi al Divino volere, i dolori, e gli affanni di questa vostra infermità, unendoli con i patimenti di Giesù Crocifisso, in penitenza, e sodisfazione de' vostri peccati? *R.* Sopporto volontieri.

Partite volontieri dalle miserie di questo Mondo, per giungere all'allegrezza, e riposo eterno del Paradiso, col mezzo degl' infiniti meriti di Giesù Christo? *R.* Mi parto volontieri.

Postmodum recitatur Oratio in Rituali pro moribundis præscripta.

ADNOTATIONES.

1. **H**Æc Formula licet non pertinet ad forum externum, juvat tamen pro instructione Parochorum, quos Episcopus in visitatione personali erudire debet etiam in his, quæ spectant ad forum Animæ, monendo illos, ut hac protestatione fidei utantur cum personis popularibus, & mediocriter capacibus rerum spiritualium, bene tamen ad moriendum dispositis; nam si infirmus esset natura iracundus, vitæque antea facinorosæ, rusticanus, & induratus, tunc pa-

tiens disponendus est alio modo secundum naturam infirmi, quem ut sibi Parochus benevolam reddat, leniter, & guttatim præmissa suggerenda sunt, ne molestia, & tædio afficiatur.

3. Si verò infirmus est vir gravis, pius, & doctus, tunc jaculatorias magis affectuosas suggerat; & cum aliqua devota oratione cor ad cœlestia evocet: Quia in his semper Parochus ad qualitatem, & capacitatem personæ infirmæ, quæ in agone contendit, & cui auxilium præstat, oculos convertere debet.

Mo-

Monitionis de adimplemento præcepti Paschatis.

F O R M U L A XXI.

Tutti li fedeli Christiani dell'uno, e dell'altro sesso, quando siano arrivati ad haver l'uso della ragione secondo il parere del Parocho, ò Confessore, sono tenuti à confessarsi de' proprii peccati almeno una volta l'anno, e parimente quando per l'età siano capaci, à comunicarsi ogn' anno nella propria Parochia almeno la Pasqua di Resurrettione di Nostro Signore Giesù Christo. Perciò si notifica a tutti, che onninamente nell'anno presente sodisfaccino a questo precepto della Santa Chiesa; altrimenti quelli, che ne trascureranno l'adempimento, conforme dispongono i Sagri Canoni, faranno pubblicamente dichiarati interdetti dall'ingresso della Chiesa, e privi della Sepultura Ecclesiastica in evento di morte.

ADNOTATIO.

HÆc Parochi admonitio per eum populo facienda est inter Missarum solemnias in Dominica quarta, vel Dominica Passionis Quadragesimæ,

monendo Patres, & Matres familias, ut mittant ad ipsum tempore congruo filios, & filias ætatis capaces, ut possint edoceri de his, quæ pertinent ad Sacramentum Pœnitentiæ, & dispositionem sumptionis Eucharistiæ.

Legalitatis Parochi.

F O R M U L A XXII.

S U M M A R I U M.

- 1 Error circa personam est quadruplex, scilicet personæ, fortunæ, conditionis, & qualitatis.
- 2 Cogimur prodesse aliis, ubi nobis non obest.
- 3 Identitas personæ non præsumitur ex identitate nominis.

SUpradictum R. D. N. esse Parochum Ecclesiæ N. hujus Diœcesis N. & talem qualem se fecit, & facit, ejusque testimonialibus litteris semper hic, & ubique in judicio, & extrâ ab omnibus adhibitam fuisse, modòque plenam adhiberi fidem, cunctis per præsentem testamur. In quorum, &c.

N. Vicarius Generalis N.

Loco ✽ Sigilli.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

Quia frequenter tam in expeditionibus gratiosis, quàm judicialibus, Parochorum attestaciones requiruntur, & exhibentur: Ne contingat de veritate, & legalitate earum-

dem suspicari (præsertim extrâ Diœcesim) idèò muniuntur legalitate Tribunalis Episcopi: Quod eadem Formula uti poterit quoties de legalitate personæ Notariorum, seu Cancellarii testetur, variando solummodò ly--Testimonialibus litteris, in ly--Scripturis publicis, & similibus.

2. **ESSE TALEM QUALEM SE FACIT, ET FACIT.** Quia multiplex est error, qui circa personæ identitatem oriri potest, idè ut vitetur, Ordinarius fidei iussor accedit. Alius est enim error personæ, alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error personæ, quando putatur esse Virgilius, & ipse est Plato. Error fortunæ, quando putatur hic esse dives, qui est pauper. Error conditionis, quando putatur esse liber, qui est servus. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui malus est, *cap. unic. 29. q. 1. ubi habetur, quod error fortunæ, & qualitatis conjugii consensum non excludit.*

3. **CUNCTIS TESTAMUR.** Testimonium identitatis, & legalitatis personæ

Patochi, vel Notarii, Ordinarii non possunt denegare; quia cogimur de iure aliis prodesse, ubi nobis non obest, ut inquit *Glof. in cap. quisquis 11. quest. 3.* Quod quidem iuvat, non solum ad excludendam fictionem, sed includendam identitatem personæ; quæ licet regulariter præsumatur, ex identitate, & nuncupatione ejusdem nominis, ut dicit *Medic. de regul. jur. par. 2. reg. 1. n. 14.* Nihilominus verior est opinio, quod ex sola nominis identitate inferri non valeat ad identitatem personæ, ut tenuit *Rot. dec. 133. n. 2. & 3. part. 15. & decis. 352. n. 31. p. 16. rec.* Cum experientia compertum sit, plures homines eodem tempore vivere etiam in eodem loco, qui eodem nomine, & agnomine nuncupantur.

TITULUS XI.

De Monialibus.

Præludium.

SUMMARIUM.

1. *Accessus ad Crates Monialium ubi frequentes sunt abusus, potest esse casus reservatus.*
2. *Item potest prohiberi sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, si eveniunt scandala, & n. 3.*

NEque hic, neque alibi in tit. de edictis traditur Formula, qua Episcopus debeat accessum prohibere ad Collocutoria Monialium; quia non omnibus locis, & Diœcesibus convenit eadem Formula; sed talis prohibitio debet arctari, extendi, & moderari, prout abusus, & indigentia locorum postulat. Etenim etiam si regulariter accessus ad Collocutoria sine licentia, non sit casus reservatus Episcopo; adhuc si talis culpa esset frequens, & alio modo removeri non posset, utpotè quia simplex prohibitio cum

comminatione censurarum contemnitur, & indè inconvenientia oriuntur, permittitur, ut fiat casus reservatus, prout est *Bononiæ Sacr. Congregat. Episcop. 26. Octobris 1604. licet antea sub 15. Aprilis 1603. id Archiepiscopo denegasset.*

2. Item pœna excommunicationis latæ sententiæ contra accedentes sine licentia Episcopi numquam fuit à Sac. Congregatione laudata, sed sequendo dispositionem text. in cap. *Monasteria de vir. & honestat. Cleric.* comminatoriam tantum approbat teste *Nicol. in flos. verb. accessus n. 6.* quæ Congregationis sententia fulcitur rationibus adductis à *Donat. prax. rer. regular. to. 4. tract. 6. de acces. ad Monial. q. 18.*

3. Et nihilominus si ex frequenti accessu personarum, præsertim nobilium potentium, aut ex alia gravi circumstantia, scandala eveniant, & inconvenientia, excommunicationem etiam latæ sententiæ sustinet, prout bis proposita causa eadem *Sac. Congregat. Episcop. sustinuit in una Civitatis Castellii* contra accedentes ad Collocutoria Monasterii Monialium